APOLOGIA AB VNO È SOCIETATE IESU COMPOSITA, PRO EADEM SOCIETATE EX BOEMIÆ...

Adam Tanner, Ioannes Baptista Carpus

FRANCISCI
CAESARIS AVGVSTI
MVNIFICENTIA.

1008.17

APOLOGIA

AB VNO

È SOCIETATE IESV

COMPOSITA,

Pro eadem Societate ex Boemiæ Regno

Ab eiuſdem Regni ſtatibus Religionis ſub vtraque publico Decreto immeritò proſcripta.

ANNO M DC XVIII. 19. Iunij.

VIENNÆ AVSTRIÆ, ET BONONIÆ,
Typis Sebaſtiani Bononij M DC XIX.

De Conſenſu Superiorum.

ALEXANDRO LVDOVISIO

S. R. E. Card. Ampliſs.

Bononiæ Archiepiſcopo, & Principi integerrimo.

Ioannes Baptiſta Carpus Salutem, & Felicitatem.

APOLOGIA pro ſocietate IESV, ex Regno Boemiæ iniquè eiecta, ità integris cenſoribus probata eſt, vt mihi nihil fuerit antiquius, quàm eam cum primùm licuit noſtris recudere typis. Et quoniam nihil æquè patronum meretur, ac Innocentia, & Fides, quæ inuiſæ Boemis Societatem IESV, ſolum, ſed non animum vertere coegerunt, hanc fidei, innocentiæq; defenſionem tuo potiſſimùm, CARD. AMPLISS nomine obſignandam putaui, quod non ità pridem in difficillimę pacis fędere interpoſitum fuit. Equidem non facilè fuiſſem auſus ad tuam purpuram omnibus licet explicitam ſolus accedere: iam verò

 cum

cum Ducem habeam innocentiam, & fidem, quibus quot exemplaria, tot teſtes adiunxi, comites verò mihi additos videam eos Patres, quorum exilium propugnatæ religionis cauſa nobilitat, ea ſpe fretus ad te confugio, vt ſicut illos humaniſſimè tuo Patrocinio excipies, ità me quoque non impari beneuolentia complectaris. Vale.

INDEX CAPITVM.

Cap. I C*Auſa & argumentum ſcriptionis.*

Cap. II *Decretum Dominorũ Statuum ſub vtraque Contra Ieſuitas edictum, ipſo iure nullum & irritum eſſe.*

Cap. III. Refellitur primum ac tertium caput accuſationis; quod Ieſuitæ ſint perturbatores publicæ tranquillitatis, diſſenſioniſque, ac diſsidia excitent.

Cap. IV. Reſpondetur ad ſecundum & Septimum accuſationis caput; quod ſocietas IESV omnia Regna mundi Romanæ Sedi ſubijcere ſatagat, eidemque non obtemperantes, hæreticos pronunciet.

Cap. V. Reſpondetur ad quartum, vndecimum, & duodecimum accuſationis caput, quod Ieſuitæ per Confeſſiones Conſcientijs hominum dominari, etiam ad illicita compellendo, ſuoque arbitratu omnia moderari conſueuerint.

Cap. VI. Refellitur quintum & ſextum accuſationis ca-

put, quod Ieſuitæ inſignia quæque bona ad ſe trahere & ſæculari adminiſtrationi ſe ingerere ſoleant.

Cap. *VII. Refellitur octauum accuſationis caput, quod peruerſæ Ieſuitorum technæ teſtata fiãt exemplis Galliæ, Angliæ, Hungariæ, Venetiarum, Belgij.*

Cap. *VIII. Reſpondetur ad nonum, & decimum accuſationis caput, quod Ieſuitæ literis Maieſtatis ſuum pondus ac momentum facto, interpretatione, ac iudicio adimere tentauerint.*

Index Finis.

APOLOGIA
PRO
SOCIETATE IESV
EX BOEMIÆ REGNO

Ab eiuſdem Regni ſtatibus Religionis ſub vtraque Publico Decreto, & immeritò proſcripta.

Anno M. DC. XVIII. die 9. Iunij.

CAPVT I.

Cauſæ & Argumentum Scriptionis.

SIgnatum & expeditum fuit in Arce Pragē-ſi 9. Iunij hoc ipſo Anno labente 1618. ſub nomine *trium vniuerſorum Statuum Regni Boemiæ, corpus & ſanguinem Domini ac Saluatoris noſtri IESV Chriſti ſub vtraq́;* vt aiunt *ſumentium, & confeſſionem Boemicam Profitentium* Decretum publicum, typiſq́; expreſſū quo nos Societatis Religioſos, totamq́; adeo Societatem noſtram *ex eo Regno, & omnibus ciuitatibus locisque, in quibus hactenus Collegia ſeu Reſidentias habebamus, nominatim ex ciuitatibus Praga, Crumloue, Commotouio, Nouadomo, Glacio, & quibuſuis demum eius Regni locis, in quibus tunc morabamur, proſcripſerunt*, ita vt ſtatim omnes ex Soci-ciatate, *quotquot vbinis locorum, in eo Regno eſſent, quieta*

re vnice admitteremur. Tertium, *quòd modis Magnates alios contra alios concitaremus*, ac tam inter Status mutuo, præſertim Religionis profeſſione diuerſos, quam inter Magiſtratus ac ſubditos *diſſenſiones ac diſſidia* excitaremus. Ipſosq́ ſubditos contra Reges, *conſilijs, doctrina, & pollicitationibus* etiam ipſius gloriæ æternæ acquirendæ, ac Purgatorij ignis euadendi armaremus. Quartum, quod per Confeſſionis *arcana omnia reſcire* atque ita *cõſcientijs omnium dominari*, etiam ad illicita compellendo conſueſſemus. Quintum, quod *Exemplum Templariorum ſecuti, inſigniaque loca noſtro vſui* vindicaremus, & ad nos *attraheremus*. Sextum quod *Adminiſtrationi ſæculari in omnibus nos ingereremus*. Septimum, quod omnes, *qui Romanæ Eccleſiæ nõ parerent, Hæreticos proclamaremus, eisq́ fidem habendam eſſe nullam palam doceremus*. Octauum, quod eiuſmodi crimina ac technæ Societatis noſtræ pa-lam ceſtata redderentur etiam ab externis Regnis ac Prouincijs. Speciatim, *Gallia, Anglia, Hungaria, Venetijs, Belgio, alijsq́ ſacri Romani Imperij Prouincijs*. Nonum, quod non obſtantibus Maieſtatis Literis, à glorioſæ memoriæ Cæſare Rudolpho pro libero Exercitio Religionis conceſſis, necnon inita & à ſacra Cæſarea Maieſtate ſuper eadem re cum cæteris Catholicis Statibus conuentione, partem ſub vtraque in concionibus & ſcriptis *audaciter ſcommatis proſcinderemus verba earundem literarum par-tialiter, & contrarie* explicaremus. Decimum, quod in conceſſione Literarum Maieſtatis, Religionis ſtatum in Boemia concernentium, neceſſario interponendam fuiſſe iudicauerimus *authoritatẽ Romani Pontificis, qui tamen, vt aiunt, nec in Status ſub vtraq́, multo minus in Regem vllam ius habeat*. Vndecimum, quod noſtro cõſilio Vtraquiſtæ ſubditi Regis, aliorumque Dominorum Catholi-

corum

eorum, *carceribus, alijsq́ modis ad Catholicam Religionem capeſſendam adacti* fuerint, templaque & cultus diuinus Vtraquiſtarum in eorundem Catholicorum Dominorum quibuſdam locis ſublatus, *omniaq́ officia præcipua, tam Regia, quam Regni & Ciuilia perſonis Religionis ſub vna ſpecie Catholicis diſtributa.* Vtraquiſtæ e contra, qui ſeſe pro conſcientiæ debito *interponebant*, officijs ac dignitatibus ſuis *magno cum probro deiecti* fuerint. Duodecimũ, quod à miniſtris paucis quibusdam Catholicis, *perfidis*, vt aiunt, *patriæ filijs*, cum *pene omnia* noſtro Ieſuitarum *inſtinctu & nutu agerentur, totum Regnum*, ac præcipuè pars Vtraquiſtica *ad extremum prope interitum eſſet adducta, niſi Deus ex mera charitate & miſericordia ſua ſãcta, quã erga verbum ſuũ & partẽ ſub Vtraq; genere dignatur*, malum præueniſſet.

Hoc porro edictum cum à prædictis Dominis Statibus per totum Boemiæ Regnũ euulgaretur, ac publicaretur, nobisq; iam antea per Litteras ſub 1 Iunij ad Collegium Pragenſe datas, ac proprijs eorundẽ Statuum ſigillis quã plurimis conſignatas, idipſum Exilij mandatũ in ſingulis Collegijs noſtris ſigillatim intimatũ eſſet, animaduertentes iã, nec iuri, nec defenſioni locum eſſe, manſionemq; noſtram in eo Regno, rebus ita conſtitutis, tã nobis quã proximis noſtris, quorũ cauſa in eo Regno ad id vſq; tempus verſabamur, non ſolũ eſſe inutilẽ, ſed etiã exitioſam. Nos ad tẽpus iræ cedendum rati, fecimus, quod & ratio ipſa ſuadebat, & in ſimili cauſa Christus Dominus noſter, Apoſtolis ſuis faciendum mandauit. *Cum perſequentur*, inquit, *vos in Ciuitate iſta, fugite in aliam:* id quod proinde
Mat x.v.23 non ſolum ab Apoſtolis, ſed etiam ab alijs ſanctiſſimis doctiſſimiſq; viris, ac Præſulib. Eccleſiarũ factitatũ deinceps ſæpius conſtat. Iã vero in Exilio cõſtitutis, priuatũ quidẽ

ſolum-

ſolūmodo cōmodum & affectū ſpectatibus, optabilius nihil erat, quā defenſione omni prætermiſſa, in benigniſſima
D. Prouidētiæ diſpoſitione (ſine qua *nec capillus de capite* Luc 21.v.18.
cuiuſquā perire poteſt) acquieſcere, atq. ita propoſita ob oculos profeſſione Religioſa potius, quā illata iniuria (quā prædictis Dñis Statibus ex animo condonamus) iucundiſſimo conſcientiæ illibatę teſtimonio contentos viuere, ac nō minus impactas nobis falſo criminationes ſpernere, quā illatū pro fide & innocentia exiliū patiēter ſuſtinere. Aderat.n. & eiuſmodi affectū animis nřis inſinuabat Ieſu Chriſti D. N. plenum ſuauiſſimo ſolatio verbū, quo *beatos* pronunciat eos, *qui perſecutionē patiūtur propter iuſti-*
tiā, quoniā ipſorū eſt regnū cælorum. Et rurſum diſcipulos Mat 5.v.10.
ſuos alloquens *Beati eſtis, inquit, cū maledixerint vobis ho-* 11.12.
mines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me, gaudete & exultate, quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlo, ſic enim perſecuti ſunt
Prophetas qui fuerunt ante vos. Aderat Apoſtolica inſtitu- 1 Pet.4.cap.
tio, Magiſtri doctrinæ æmula: *ſi exprobramini in nomine* verſ. 14.
Chriſti, beati eritis, quoniā quod eſt honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui eſt eius ſpiritus, ſuper vos requieſcet. Nemo aūt veſtrū patiatur vt homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorū appetitor: Si aūt vt Chriſtianus, non erubeſcat, glo-
rificet aūt Deum in iſto nomine. Aderat deniq. & ob oculos Act.5.41.
verſabatur ipſum Apoſtolorū exemplū, qui ſimiles olim iniurias ab huius mundi Magnatibus perpeſſi, *gaudentes ibant à conſpectu Concilii, quoniā digni habiti erant pro nomine IESV contumeliam pati.*

At vero qm̄ ſimul nobis cordi erat peculiaris rō vocationis ac inſtituti noſtri, q̄ nos nō nobis tm̄, ſed etiā proximis noſtris viuere, eorumq. ſaluti impensè vacare iubet, eorū adminiſtratione officiorū, quæ præter priuatam conſcientiæ mentiſq innocentiā, publicè etiā bonā famā exi-

ſtima-

ſtimationémq́ depoſcerent, in eã neceſſarijs rationibus inducti fuimus ſententiã, vt prædicto Dñorũ ſtatuũ ſub vtraq́ publico Decreto & accuſationi publicã et (cum religioſa tamẽ moderatione) apologiã opponendam ſtatueremus.
Io. 8. v. 49. Fecerunt id paſſim olim tum pro ſe ſuiſq; inſtitutis, tum pro vniuerſa Eccleſia Catholica, varij omnium propè Religionũ Profeſſores, ſanctiſſimi quiq; Eccleſiæ Præſules & Doctores, Apoſtoli deniq; ipſi, & Chriſtus Dñs ac Deus noſter: qui & calumniam *Dæmonij* a ſe conſtanter depu-
Io. 18. v. 23. lit, & ab execrabili percuſſore illatæ iniuriæ rõnem popoſcit. Nec Paulus ad tribunal Præſidis conſiſtens ſibi, ſuęq;
Act. 25. v. 11. cauſæ defuit, ſed diſertè ac fortiter eouſq; defendit, vt cũ iniquitate iudicum innocentia non ſatis tuta videretur, etiam ad *Cæſarem*, quamuis ethnicis ſuperſtitionibus addictum, *appellare* non ſit veritus.

Neq; ſanè iuſtam hanc & neceſſariam defenſionẽ, ipſo iure naturæ omnibus ſine iure læſis conceſſam, vel ipſos Dominos ſtatus, quamuis pro tempore inimicos noſtros, ægrè laturos ſperamus, qui etſi partim affectu ſuę Religionis inducti (quam à nobis & improbatam ſemper, & ſubinde etiam oppugnatam liberè fatemur) partim ſalſis informationibus præiudicijſq; circumuenti, ſiniſtram de nobis opinionem, animumq; auerſum conceperint, dubitare tamen non poſſumus, pro generoſo ac ingenuo, quo pleroſque eorum etiamnum præditos non dubitamus animo, quin & nos, velut alteram partem, nunquam hactenus auditam, ſuper impoſitis accuſationis capitibus benignè ſint audituri, & ſi re melius examinata nos innocentes eſſe, nobiſq; iuſtitiam patrocinari animaduerterint, ſententiam mutata Decretum etiam ipſi ſuum non illibenter mutaturi, atque abrogaturi ſint. Nos interim quod conſtituimus, Deo bene iuuante, proſequemur, ac vniuerſim primum Decreti contra nos editi vim ac valorem expendemus, tũ ad ſingula accuſationis capita particulatim iñdebimus.

CAPVT II.

Decretum Dominorum Statuum ſub vtraq. contra Ieſuitas editum ipſo iure nullum & irritum eſſe.

CVm inter omnes tam diuini quam humani iuris peritos, atque ex ipſo naturali etiam iure cõſtet, ad valorem judicialis ſententiæ tria potiſſimum requiri, nimirum competentem Iudicis auctoritatem, ſiue iuriſdictionem; legitimam cauſæ cognitionem Iudicijquè proceſſum; ac iuſtam ſententiam; cum apertiſſimum eſt, hoc Dominorum ſtatuum ſub vtraquè, contra Ieſuitas editum decretum, non ex vno tantum, ſed omnibus ac ſingulis tribus capitibus ipſo iure nullũ prorſus ac irritũ eſſe.

Nam quod ad primum caput, Iuriſdictionem videlicet, attinet de qua dudum Imperatores ſanxerunt, *ne quẽquam litigatorum, ſententia non à ſuo Iudice dicta conſtringat*, palam eſt, vti palam etiã ac ſolemniter, hoc loco proteſtamur, ſupradictos Dominos ſtatus, Iudices noſtros nõ eſſe, nec adeo ad hanc cauſam dijudicandam ac iure decernendã, vllã prorſus authoritatẽ, iuriſdictionemq. habuiſſe. L. 4 C. ſi a nõ competente.

Non ordinariam, vt pote quæ ipſi dumtaxat Regi cũ tribus communibus Regni ſtatibus, nulla Catholicorum ab Acatholicis facta diſſociatione, competit, ita quidem, vt communi ipſius regni iure & more neque vniuerſis quidem ſtatibus ſine Rege articulos toti Regno obſeruandos conſtituere fas ſit, multo minus immutare quicquam ex ijs, quæ in tabulas Regni quandoque relata, aut ab ipſo Rege antea conſtituta fuere. Cum igitur ſuprema voluntate atque authoritate, partim etiam liberalitate ac munificentia ipſorum Boemiæ Regum, nos in id ipſum Regnum euocati fuerimus, ibiq. nobis ad munia ſecundum

rationem inſtituti noſtri exercēda ampliſſima poteſtas facta, redditus aſſignati, Collegia erecta atq; cōſtituta, eaq; pro maiori ſecuritate ac roboris firmitate in tabulas Regni relata ſunt; iam verò hoc Decretum non ſolum nulla Regis authoritate, ſed nec ſtatuum communi conſenſu, imò verò tam contra Regis, quam Catholicorum ſtatuum voluntatem editum ſit, clarum eſt, Dominos ſtatus ſub vtraque ad Decretum id conſtituendum iuriſdictionem ordinariam nullam habuiſſe. quandoquidem ipſi clarè profitentur, in ipſamet Decreti illius inſcriptione, id ſolummodo à ſtatibus Religionis ſub vtraq; profectum eſſe, inuitis vtiq; tā Rege quam cæteris Catholicis ſtatibus; à quibus illi ſe immerito diſſociarunt.

Sed nec delegatam vendicare ſibi potuerunt authoritatem ſiue iuriſdictionem, ad eiuſmodi Decretum conſtituendum; cum non minus liquidum ſit, poſt diſceſſum Regiæ M^tis ex eodem Regno Boemiæ, iuriſdictionem eiuſmodi delegatam, commiſſam ſolummodo fuiſſe Regni Burggrauio, cæteriſq; Regiæ Maieſtatis locum Tenentibus coniunctim, in quorum numero cum, Dominus Burggrauius, alijq; multò plures, Catholicam Religionē profiterentur, nō niſi pauci admodū ex ijs ſtatibus ſub vtraq; dicti Decreti authoribus reperiebantur; qui proinde ipſi etiam eo nomine talem ſibi poteſtatem vendicare nunquam ſunt auſi.

Sed nec ipſi Domini Locū Tenentes coniunctim vtiq; eā ſibi poteſtatem cōtra priora Regis Decreta, nos ex Regno Boemiæ proſcribendi arrogare potuiſſent, ſine ſpeciali Regiæ Maieſtatis mandato ac commiſſione, quā tamen in præſenti nec ipſi Domini ſtatus ſub vtraq; prætendunt, nec vlla ratione inueniſſe palam eſt.

Ex quibus omnibus deniq; manifeſtum eſt, prędictos Dominos ſtatus ſub vtraq; nō maiorem in nos iuriſdictio-

neq;

nem ad eiuſmodi Decretum conſtituendum habuiſſe, quã ſi conſimili conſpiratione facta, Catholici ſtatus inter ſe, propria authoritate, ſine Regis aliorumque ſtatuum conſenſu, Prædicantes ſiue Miniſtros ſtatuũ ſub vtraq; aut ipſos etiam Dnos ſtatus e Regno ejiciendos decreuiſſent. Quod ſi factũ fuiſſet, quis dubitet Dños ſtatus ſub vtraq; ſine mora, nec immeritò proclamaturos palam fuiſſe, eam non legitimi Iudicis eſſe ſententiam, ſed apertam ſine iure Dominantis vim, ac violentiam.

Neq; vero ſibi eam poteſtatem ipſi vẽdicare poterant, ſub titulo, vt aiunt, *Defenſorum Literarum Maieſtatis*, qũ notorium eſt, ijs hoc quidem titulo, nullam dicundi iuris, aut ſententiæ ferendæ, ſed ſolum intercedendi, procurandi, & promouendi poteſtatem fuiſſe conceſſam. Accedit, quòd ipſimet in ſua Apologia palam profitentur, ab ipſa Cæſarea ac Regia Maieſtate non ita pridẽ inhibitũ fuiſſe, *ne Defenſores* (Literarum, Maieſtatis) *vſq; ad ſuũ in Regnũ Boemiæ redditum, vel vlteriorem ſuæ Maieſtatis declarationem, vllos eiuſmodi conuentus conuocarẽt, aut celebrarent, neue ipſi Regni incolæ ab ipſis citati ſeu euocati cõparerent.* Quomodo ergo, eo defenſionis titulo, Dñi ſtatus ſub vtraque ius habebant, conuentus celebrandi, ius dicendi, ſubditos & fideles Regis proſcribendi, alijſq; indignis modis contra eos procedendi?

Dicent fortaſſis hoc ſibi iure priuatæ defenſionis cõtra vim iniuſtã licitũ fuiſſe. Sed nec iſtud vlla ratione dici põt. Iuri enim priuatæ defenſionis nullus eſt locus, vbi vis nulla, vbi præſens & obuia erat Magiſtratus legitimi, Regis, inquam, & conſtitutorũ ab eo Magiſtratuũ publica defenſio. Neq; vel ſi dicant, hos ipſos nullo contra ſe iure vſos, vi potius omnia, quam ratione egiſſe, qui proinde ipſi etiã in primis in ordinẽ fuerint redigendi; Hoc. n. iam nõ eſſet ſeipſum defendere, ſed ſibi ipſi contra ſupremum Magi-

ſtratum

ſtratum ius dicere Regis, ac legitima Magiſtratus iudicia ſpernere, eoſq; iure ſuo ſpoliatos in ordinem redigere, ac denique læſæ Maieſtatis reos fieri. Quod abſit vt Dominis ſtatibus ſub vtraque in mentem vnquam venerit.

Quod ad cauſæ cognitioné, ac legitimũ iudicij proceſſum attinet, conſtat, neceſſariã omnino eſſe citationẽ atq; Inſtit. lib 4. tit. 16. p. 2 audientiam vtriuſq; partis. Nã vt Imperator ait, *Omnium actionum inſtituendarum principiũ ab ea parte edicti proficiſcitur, qua Prætor edicit de in ius vocando. Vtiq; enim in primis aduerſarius in ius vocandus eſt, id eſt ad eũ vocandus, qui ius dicturus ſit.* Cõſtat autem nos hactenus à Dñis ſtatibus ſub vtraq; priuſquam, eã proſcriptionis ſententiam ferrent, noſq; tantorũ criminum reos pronunciarent, nec citatos, nec auditos eſſe, imo nec citandi ius habuiſſe, vt paulo ante relatum eſt. Non citati igitur, nec auditi, multo minus conuicti, quomodo iure damnati poſſumus exiſtimari? Cuius ſane tanta vis eſt, vt ſi eo iudicij proceſſu infinita et alia crimina nobis impoſita fuiſſent, vel vnâ ſimplici negatione depelli efficaciſsimè poſſent: ſatis eſt enim vno hic verbo dicere, citati non fuimus; auditi non fuimus, conuicti non ſumus: falſa ſunt omnia, quæ nobis impinguntur crimina, meræq; calumniæ & criminationes.

Sed non minus ex tertio capite, defectu nimirũ iuſtæ ſñiæ, irritũ redditur Dñorum ſtatuũ ſub vtraq; contra nos edictũ. Primũ. Quia apertè pugnat contra Decreta ipſius ſupremi Magiſtratus vt ſuperius dictũ. Eſt aũt ſñia etiam L. 1. ff quæ ſententiæ ſine appel. reſcin. ſine appellatione irrita, *quando cõtra ſacras conſtitutiones iudicatur*, vt ait Iuriſconſultus. Secundo quia contra innocentes nõ auditos, nec conuictos latũ, vt dictũ, & magis ex ſequentibus pateſcet. *Nam cum ex edicto peremptorio, quod neq; propoſitum eſt neq; in notitiam peruenit abſentis condemnatio ſit, nullius momenti eſſe ſententiam conſtitutiones demõſtrant*, vt ibidẽ Iuriſ. Caius. Tertio quia in aper-

[illegible] tum

tum præiudicium ipsorum etiam Regni communium statuum latum est. Siquidem non contenti Domini status sub vtraq;, *in futura æternaq;*, vt aiunt, *tempora* (quasi vero ipsius etiam æternitatis ius habeant) nos ex Boemiæ Regno proscripsisse, cauent insuper ac decernunt, vt cap. I. dictum, ne vel ipsis etiam Regni statibus Comitijsq; publicis fas sit, nos in Regnum postliminio reuocare, aut vt reuocemur intercedere. Quod quam iniquum, & ipsis legibus ac priuilegijs Regni aduersum sit, nemo non videt. Cum enim par in parem nullam potestatem habeat, neq; subsecuturi quandoq; Regni Boemiæ status minus iuris habeant, immò multo ampliùs, quam præsentes Domini status sub vtraq;, qui pars tantum quædam statuum Regni Boemiæ sunt, manifestum est, præsens eorum decretum illis præiudicare nulla ratione posse, neque adimere eam potestatem, quo minus, si lubeat, futuro aliquando tempore Societatem nostram in Regnũ denuo recipiant. Quod si, vt fieri aliquando diuina gratia aspirante potest, vel hi ipsi status sub vtraque Religione sua, certo consilio, ac meliore informatione accedente, immutata, Catholicam ac Romanam fidem amplecterentur, ita quidem, vt vniuersum Boemiæ Regnum ad pristinam atque auitam maiorum fidem rediret, nunquid suo se decreto obligatos putarẽt, quo minus, si ita collibitum esset, Iesuitas in Boemiam reducere liberè possent? Equidem existimo, plane decreturos, non minus sibi iuris esse ad decretum illud antea contra Iesuitas editum elidẽdum, quam fas esse nunc existimabant id ipsum constituere.

Cum igitur ex his omnibus constet, à Dominis statibus in hoc exilij Decreto contra nos statuendo malè usurpatam iurisdictionem, præcipitatum temerè iudicium, atq; manifestè iniustam sententiam pronunciatam, dubiũ esse

nullum poteſt, quia id nullum prorſus ac irritum ſit, ita quidem, ut nullo exceptionis ſeu appellationis oppoſitæ remedio indigeat, nec ullo omnino temporis lapſu conualeſcere poſſit.

Nihil hic de inſcriptione Decreti, nihil de odio Dominorum ſtatuum ſub utraq; contra nos, litis, aut controuerſiæ mouemus. Vocant ſe *Barones, Equites, Pragenſes, Montanos, aliosq; è ciuitatibus ablegatos, omnes tres unitos ſtatus Regni Boemiæ, corpus & ſanguinem Domini ac Saluatoris noſtri ſub utraq; ſumentes.* At quinam ſunt iſti tam arctè inter ſe uniti Regni Boemiæ ſtatus? Notorium eſt ſcilicet, aliquos quidem profeſſione Religionis Huſſitas eſſe, alios Lutheranos, alios Picarditas ſeu Caluiniſtas, Acatholicos quidem omnes; ſed alios alia fidei doctrina imbutos, & adeo quidē tuta Societate inter ſe obſtrictos; ut quorum Religio in eo Regno, tempore, loco, authoritate prior erat, acceſſione nouæ illius ſocietatis prope ſit extincta. Et hi ſcilicet, ſub Religionis ſpecie, adeo bellè inter ſe conſpirant; quorum qui præcipui ſunt, multo magis ab alijs ſibi unitis ſtatibus, quàm à nobis Catholicis, quoad fidem diſſentiunt, hi ſunt, *qui Corpus & Sanguinem Saluatoris noſtri IESV CHRISTI ſub utraq; ſumunt*, cum tamen quamplures, ac fere præcipui illorū, iuxta ſuam mer, quam ipſi profitentur Religionem, firmiſſimè credant, uerum Chriſti corpus uerumq; ſanguinem tantum à cœna ſua abeſſe, quantum cælum à terra diſtat; adeoq; plus in cœna non adeſſe, quam ſiccum panem, & merum uinum; tanto proinde Religionis interuallo ab alijs diſtātes, quanto cælum à terra, Chriſtuſq. homo à ſubſtantia panis & uini diſſident. Quæ cum & iam antea ſint publicè manifeſta, tum multò iā minus ulla tergiuerſatione celari poſſunt: quando Gallus Zalenus apud S. Ægidium in antiqua Vrbe Pragenſi Miniſter, ipſo die feſto Corporis Chriſti

ſti huius Anni 1618. publica concione ad populum (quæ nunc etiam typis expreſſa proſtat) non ſolum verã & realem præſentiã corporis Chriſti in S. Euchariſtiæ ſacramẽtô negauit; ſed etiam innumeris inſuper blaſphemijs ac maledictis Auguſtiſſimam hoſtiam, non ſolum antiquis Boemiæ Vtraquiſtis ſolenni ſemper cultu venerabilem, ſed ipſis etiam Angelis tremendam, impiè ac ſacrilegè proſcindere non eſt veritus. Sed his, vt dictum, non immoramur. Viderint ſanè ipſi quam rectè vnitos ſe Status, atq; in vnã Religionis Confeſſionem conſentientes appellent. Nos iam reliqua proſequamur.

CAPVT III.

Refellitur primum ac tertium caput Accuſationis. Quòd Ieſuitæ ſint perturbatores publicæ tranquillitatis, diſſenſioneſq; ac diſſidia excitent, &c.

NON eſſet quidem neceſſe, ſpeciatim nunc ad ſingula accuſationis capita reſpondere, quando præcedente capite oſtenſum, vniuerſum Decretum Dominorum ſtatuum ſub vtraq; irritum prorſus ac inane eſſe, & quæcunq; nobis in eo obijciuntur crimina, ſola negatione ſufficienter elidi: attamen ne videamur aduerſarios fugere velle potius, quam vincere, ad ſingula accuſationis capita ſingillatim reſpõdebimus. Et primũ quidẽ accuſationis caput, his verbis conformare placuit Dñis ſtatibus ſub vtraq;: *Notum eſſe paſſim omnibus*, aiunt, *in quantis inclytum hocce Boemiæ Regnum periculis per omnes retro annos, ex quo pia illa in ſpeciem Ieſuitica Secta idem Regnum fuit ingreſſa, verſatum perpetuò fuerit, & quam frequentes mutationum viciſſitudines perturbationeſq; ſubierit, eaq; omnia ſtatus ipſos, pariterq; ſubditos eorum, & alios Regni incolas [Religionis ſub vtraq;] magno ſuo incom-*

modo perſentiſcere, eaq́; de cauſa bona capitaq́; ſua exponere debuiſſe. Addunt, *comperiſſe ſe ipſo facto, eiuſmodi ærumnarum nullos maiores authores eſſe, quam virulentæ ipſius Religionis Ieſuiticæ homines: vt proinde quam diu hæc Secta in eo Regno ſit permanſura, nunquam ſupradictis calamitatibus finis imponi, nec pax in regno diuturna eſſe poſſit; ſed tã ipſa Regia Maieſt as, quàm Status ipſi perpetuo de ceruicibus & bonis omnibus ſint periclitaturi.* Huic affine eſt tertium accuſationis caput, in quo Ieſuitas accuſant, *quod Mundi Magnates, alios contra alios concitare, ac tam inter Status mutuo, præſertim Religionis Profeſſione diuerſos, quam inter Magiſtratus ac ſubditos, diſſenſiones ac diſſidia excitare, inter amicos etiam bella conſerere, ipſosq́; ſubditos, ac homicidas quoslibet, contra Reges, conſilijs, doctrina, & pollicitationibus etiam ipſius gloriæ æternæ acquirendæ, ac Purgatorij ignis euadendi armare ſoleant.*

Verum hæc ab hominibus veræ ac ſinceræ Religionis inimicis, in Defenſores ac propugnatores eiuſdem veræ fidei, non iam recens primum nata, ſed iam dudum olim iacta eſt calumnia. Nam & Chriſtum ipſum Dominum Iudæi olim, cum vix alia ratione necare poſſent, hac op-
Luc.23.v.2 preſſerunt calumnia: *Hunc*, inquiunt, *inuenimus ſubuertentem gentem noſtram:* & paulo poſt: *Commouet, aiunt, populum, docens per vniuerſam Iudæam.* Sed & Apoſtolis idem crimen à fidei hoſtibus impactum. Ita enim *Paulum & Silam perduxerunt in forum ad Principes, & offerentes*
Act.16.v.20 *eos Magiſtratibus dixerunt. Hi homines conturbant Ciuita-*
Act.17.v.6 *tem noſtram.* Et rurſum alibi. *Quoniam hi ſunt*, inquiunt, *qui vrbem concitant.*

Neq; vero negandum, tumultus ac diſſidia facilè naſci, vbi Religionis eſt diſſenſio, quando pacatis animis audiri veræ fidei prædicatio non poteſt ab iis, qui falſæ Religionis amore imbuti, veræ fidei aſſeclas & propugnatores

cane

tanè peius & angue oderũt & execrantur. Nam & ob eam ipſam cauſam, quod Chriſtus & Apoſtoli tam ardentibus animis ac indefeſſo ſtudio falſam ubiq; Religionem refellerent, ueram diſſeminarent ac propugnarent, hoſtes fidei potenter coarguerent, ac erroris conuincerent; eorundem uitia tam acriter reprehenderent, peruerſaſque machinationes irritas redderent, factum eſt, vt peſſimi homines ſanctiſſimos viros extremo haberẽt odio, omniumq; animos in eorum perniciem concitare ſatagerent.

Quà de cauſa ipſe etiam Chriſtus, cum ſæpe neceſſarium eſſe animaduerteret, fidei ac virtutis cauſa, ab ipſis etiã domeſticis Societatis commercio disiungi, diſcipulos ſuos allocutus pronunciauit. *Nolite arbitrari, quia pacem veni mittere in terram non veni pacem mittere, ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiã aduerſus Matrem ſuam, & Nurum aduerſus ſocrum ſuam, & inimici hominis domeſtici eius.* Mat.10.v 34

Sed videndum in hac re eſt, non quid fiat, ſed cuius culpa id quod ſubinde tumultus ac diſſidij ex Religionum diuerſitate naſci palam eſt, accidat. Quis enim niſi ineptus Chriſtum eiuſq; Apoſtolos accuſet, quod veræ ac Chriſtianæ Religionis prædicatione diſcordias ſeminarint, diſſenſiones, ac tumultus excitarint, lites ac bella mouerint, quando hæc quidem ipſis prædicantibus ſæpius ſecuta conſtat.

Quis inquam Chriſtum velut tumultus, ſcandali, ac Mat.2.v.16.
diſſidij authorem accuſet, quod eo vix nato, Herodes tot
innocentes pueros contrucidarit; quod Phariſæi eo prædi- Mat.15 v.12
cante fuerint ſcandalizati; quod Pontifices ac primores Iu
dæorum ab ipſis eius miraculis execrabile conſilium, Chri- Io.11.v.53.
ſti nefariè occidendi, ceperint, quo vniuerſum deniq; Iudæorum genus perijt. quod fides ac doctrina ipſius, fremẽtibus contra, & palam tumultuantibus huius mundi Prin-

cipibus, infinitorum Martyrum ſeges & ſeminarium fue-
rit?

Nunquid Apoſtolos culpabimus, quod ob eorum præ-
Act. 13. v. 48 dicationem *Iudæi concitauerunt mulieres Religioſas & ho-
neſtas, & primos ciuitatis, & excitauerunt perſecutionem in
Paulum & Barnabam, & eiecerunt eos de finibus ſuis.* Quod
Act. 15 v. 2 Pſeudoapoſtoli *ſeditionem concitauerunt* aduerſus Paulũ
& Barnabam, cũ eorundẽ errori ſeſe opponerent: Quod
Iudæi *uno animo in Paulum inſurrexerunt*, eumq; ob ve-
ritatis prædicationem ad tribunal raptarunt. Quod ob do-
Act. 18. v. 8 ctrinã Pauli Idololatriã damnantis exclamantibus Ephe-
ſijs; *Magna Diana Epheſiorum, impleta eſt tota ciuitas con-
Act. 21 v. 19 fuſione:* deniq; vt alia innumera præteream, quòd excla-
Act 19 v. 29 mantibus contra Paulum Iudæis, *Hic eſt Homo, qui aduer-
ſus populum & legem, & locum hunc docet &c. commota eſt
ciuitas tota, & facta eſt concurſio populi:* Horum ne, inquã,
tumultuum ac confuſionum culpa in CHRISTVM &
Apoſtolos conferatur?

Ita planè etiam ſe res habet in propoſito. Non neſciunt aduerſarij noſtri, imò palam ſubinde, ac cum dolore confitentur, minimam Societatem noſtram, licet tempore poſtremam, omnigenis tamen Eccleſiæ hoſtibus, ac eorundem pernicioſis doctrinis ac machinationibus, pro virili, & quæ DEI bonitas eſt, conatu non prorſus irrito *murũ ſe pro domo DEI opponere,* ita vt in partibus hiſce potiſſimum ſeptemtrionalibus docendo, diſputando, concionando, conſulendo, exhortando, ſcribendo, publicè ac priuatim omnem in eo operam collocet, vt vera ac Catholica Religio conſeruetur, propagetur, ac in dies magis efflorescat.

Hinc fit, vt inimicis fidei in cõtrarium nitentibus, ſæpè etiam apertis verbis arma cõclamantibus, claſſicũq; canentibus, diſſenſiones, diſſidia ac nonnunquam etiam bella, ac

tumul-

tumultus excitentur, præſertim ſi iniquis eorundem poſtulatis & conatibus conſtantius & animoſius reſiſtatur. Quod cum accidit, mox aduerſarij noſtri calumniandi occaſionem arripiunt, ac vociferandi, Catholicos, ac præſertim Ieſuitas, quos præ cæteris ſcilicet in corde habent, diſſenſiones ac diſcordias ſeminare, bella ac tumultus excitare &c. cum tamen ea diſſidiorum culpa aduerſarijs adhæreat, non nobis, quibus ea non magis, adſcribi poſſunt, quam balanti ouiculæ, ferocientis lupi laniena: aut ſcopo ſiue metæ vndique iaculis petitæ & confixæ iaculatorum caſſus labor: cui rerum generi ſi cauſa quæpiam aſſignanda foret, eam Philoſophi *paſſiuam* dicerent, non *actiuam*.

Et vero hanc ipſam veriſſimam eſſe eius calumniæ cauſam, præter quotidianam experientiam, ipſi etiam Domini ſtatus vel hoc ipſo ſatis indicant, quod ſuo proſcriptionis decreto, ſolos Ieſuitas, non autem alios Religioſorum Ordines comprehendere voluerunt. *Quod ad alias*, inquiunt, *Perſonas Religioſas, Religionis Romanæ ſub vna, in Monaſterijs & alibi degentes, ac pacificè conuerſantes attinet, eos hæ Patentes non concernunt, ſed ſupradictos ſolos Ieſuitas.* Cur? niſi quia hos ſolos, ipſi quidem ſuis ſtudijs, quibus extinctam cupiunt Religionem Catholicam, efficacius contraire exiſtimant, vt ex ſequenti etiam capite clarius pateſcet.

Non negamus, imò grato animi affectu agnoſcimus, palamque collaudamus, alias etiam Religiones pro ſuis quaſque inſtitutis in erroribus ac Hæreſibus deſtruendis, Catholicaque Religione apud ſeptemtrionales hoſce populos, propaganda vtiliter ac ſtrenuè laborare; ſed quæ tamen de nobis aduerſariorum ſit exiſtimatio, ipſimet ſatis intelligunt: neque vt opinor, negabunt, nobis hac in re peculiaria quædam eſſe media, præſertim in Cathechiſmo

paruulorum, in Iuuentutis inſtitutione, in ſcriptorum criſticorum, frequentiore elucubratione poſita, quæ nobis quidem odium & inuidiam apud Aduerſarios augent, illis vero ſuam laudem minimè detrahunt.

Quod ſi D. D. ſtatus ſub vtraque nobis etiam hoc tribuendum eſſe exiſtimant, quòd ſubinde ſupremi Magiſtratus, authoritate ſua legitima pro officij ratione interpoſita, ad tranquillitatem & pacem Reip. tuendam, nouis quibuſdam reſcriptis, nouis, aut nunquam in Boemiæ regno antea publica ſecuritatis fide ac promiſſione roboratas ſectas, tum e regno proſcripſerunt, tum etiam erga contumaces ac rebelles, condigna quandoq; animaduerſione proceſſerunt, quomodo Ferdinandus I. Maximilianus II. ac Rudolphus II. laudatiſſimæ memoriæ Imperatores, atque ante hos omnes, Ieſuitis quidem necdum natis, Ladislaus ſanctæ memoriæ Boemorum Rex, frequentibus edictis, ſectam Pickardorum, ex eo regno proſcripſerunt; tum illi quidem de nobis magnificè ſentiũt, ſed ſupra meritum & conditionem noſtram. Nuſquam enim apparet, laudatiſſimos iſtos Imperatores, ad res optimè ac ex officio gerendas Ieſuitis conſultoribus eguiſſe, aut magnopere vſos fuiſſe.

Sed quid ſi etiam ſua his in rebus quandoque conſilia Ieſuitæ interpoſuiſſent, an ideo turbatores regni ac publicæ tranquillitatis, litiumque ac diſſidiorum diſſeminatores iure proclamarentur? Equidem ita velim, Aduerſarij rem totam accipiant. Aut iuſta fuerunt ea Regum Imperatorumque Decreta, aut iniuſta. Si iuſta, cur eorum conciliatores violatæ pacis, ac læſæ Reip. accuſantur, diſſidiorumque ac tumultuum excitatorum, ſi qui forſan inobedientium contumacia enati ſunt, rei aguntur? cur non potius vti par eſt, in ipſoſmet Regiorum edictorum temerarios violatores culpa confertur? Si non iuſta; cur non ca-

lamos

lamos ſuos potius, quam enſes ſtringunt aduerſarij, vt iniuſta fuiſſe Decreta prius conuincant, quam Authores & ſuaſores eorum iniquitatis & violatæ publicæ tranquillitatis arguant?

Quod ſi pericula quædam aut ſtatus ipſi, aut eorum ſubditi ſeu clientes, ex decretis eiuſmodi violatis adierunt, cur nobis, & non ſibi ſuæque potius inobedientiæ imputant? cur aquæ a ſe turbatæ culpam, inſontibus turbatores ipſi impingunt? Cur faseſſe non volunt Ieſuitis Catholicam & auitam quondam Boemorum Religionem tueri, quam ſibi contra Maiorum ſupremique Magiſtratus Decreta impugnatum, atque ſi fieri poſſet, penitus extinctum iri æquum eſſe ducunt.

Quid quod ea cōtra Pickardos ab optimis Imperatoribus profecta Decreta, ſtatibus ſub vtraque periculoſa aut pernicioſa eſſe nullo modo potuerunt, quando eo quidem tempore, quo edicta illa promulgata fuere, roburque ſuū habuere, Pickarditæ ipſi vix merebātur pro Incolis regni haberi, nedum inter ſtatus tam inclyti Regni numerari. Qua de cauſa fatendum prorſus eſt, non in perniciem ſtatuum, etiam Acatholicorum, ſed pro incolumitate eorum fuiſſe, ac ſecuritate edita, quibus efficiebatur, vt ijs ipſis ad ſtatus ac Dignitates Regni via intercluderetur, qui nunc ab antiquioribus vtraquiſtis Boemis, ſub pallium ac titulum confeſſionis Boemicæ recepti, nihil antiquius habent, quam vt veteribus vtraquiſtis, Huſitis, inquam, oppreſſis ac extinctis ſuam ſectam firmius ſtabiliant, atque ita in Ieſuitas ac Catholicos omnes, ſi quando occaſio fuerit, liberius debaccentur, eorumque ſanguine, nemine iam alio repugnante, ſatientur.

Craſſior multo, ſed notior, & iam antea, palam ac ſæpius refutata calumnia eſt, quod in decreto D. D. ſtatuum ſub vtraque Ieſuitis attributur, quaſi nos homicidæ cuilibet

libet

libet aut ſubdito, ius tranſcribamus, Reges & vnctos Domini interficiendi, atque ad id facinus perpetrandum animos eorum pollicitationibus vitæ æternæ acquirendæ, aut euitandi Purgatorij accendamus.

Abſit hæc impia & blaſphema doctrina, nunquam in ſcholis noſtris audita, nunquam in ſcriptis lecta, nunquam mente nobis concepta, ſed paribus ſtudijs ac animis à Ieſuitis omnibus vbiuis locorum damnata, vti palam etiam ac pariter eam omnes damnamus & execramur. Neque vero vel probabili ſaltem veritatis ſpecie aduerſarij hanc ſuam calumniam fucare æternum poſſunt, niſi impie ſimul ac imperitè Reges & vnctos Domini in Tyrannos transforment, ad quos tamen ipſos promiſcuè occidendos ius minimè faciunt Ieſuitæ.

Vide Bellar. apol ad præf monit. Greg. de Val. to. 3. q 8 de Iuſt. pun. 3 Azor. Inſtit. p. 2 l. 2. c. 4. q 10. Io. Arg apolog pro hoc cap. 10.

Quod ſi aduerſarijs noſtris ſe ipſos potius, ſuæque Religionis conſortes, quam Ieſuitas conſiderare, atque ſimul diſſidiorum ac tumultuum, qui Religionis cauſa in Boemia quandoque extitere, Auctores diligentiori ſtudio, ac veriori ratione inueſtigare collibuiſſet; facilè quidem ſane in oculis ſuis trabem inueniſſent, qui feſtucam in oculis fratrum ſuorum fruſtra quæſierunt.

Quis enim quæſo tempore Vvenceſlai Regis Caroli Quarti Filij vt ſenatores Pragenſes è feneſtris præcipites darentur Author fuit? Quis Taboritas contra Sigiſmundum Regem ad rebellionem concitauit? Quis barbaræ illius ac immanis Ziſkianæ perſecutionis incentor fuit; quando non Monachi & ſacerdotes ſolum, ſed cæteri etiã Catholici omnes ad necem paſſim raptabantur, eo propoſito vt ſi per rebelles ſtetiſſet, nec nomen quidem Catholicorum in Regno ſuperſtes fuiſſet: quando ſplendidiſſima quæque Monaſteria, ac Templa diripiebantur, ac flammis abſumebantur; quando bona Eccleſiaſticorum inter ſæculares diuidebantur, Archiepiſcopatus Pragen-

ſis

ſis abolebatur, denique quadrata rotundis, ſacra profanis, miſcebantur; Religio tota penitus extinguebatur?

Quis tempore Ferdinandi Imperatoris, vulgatis illis Regnum Boemiæ iactauit Tragoedijs, quando legitimo & hæreditario ſuo Regi, tota prope Boemia ſeſe oppoſuit, externoque Principi à Carolo Quinto per publicum Bannum proſcripto adhæſit, non ſine magna ipſius Regni clade?

Quis Rudolphum II. captiuum in arce Pragenſi detinuit, illaſque decantatas adeò Maieſtatis literas (quibus iam nihil ſibi non licere arbitrandum) ab inuito ſoloque maioris mali metu adacto extorſit? Cuius iuſſu & authoritate virulentum illud ſcriptum die 20. Menſis Maij huius labentis anni Pragæ per omnes Vtraquiſticas Parochias, promulgatum, quod cum ſpeciem quidem exhortationis ad orandum præ ſe ferret, re ipſa tamen nil aliud, quam ſeditionis flabellum fuit, quo rudis plebs ad ſeditionẽm contra Ieſuitas & Catholicos concitaretur?

Quis denique ipſos Accuſatores noſtros D. D. inquam ſtatus ſub vtraque, tam irreuerenter ac temerè contra modernum Potentiſſimum Boemiæ Regem Matthiam II. noua cõſpiratione facta, inſurgere docuit, vt præcipuos eiuſdem ac Fideles Regiæ Maieſtatis in Regno Boemiæ Locumtenentes & Officiales e feneſtris ad certiſſimum exitium (ni DEVS miraculoſe obſtitiſſet) præcipites dare, ac inſuper ad tanti facinoris defenſionem exercitum cogere, pecunias contributionum pro ſoluendis regni debitis deſtinatas expilare, Capitaneos S. C. M. in proprijs eiuſdem dominijs à fidelitate ſui Domini iuramento firmata auertere, atque ad nouum ſibi iuramentum præſtandum adigere non ſint veriti?

Quietum antea, & pacatum Regnum erat, quàm D. D. ſtatus

ſtatus turbas cierent, neq; cauſam ipſi tumultus excitandi habuere: Quod ſi culpa etiam quapiam penes officiales Regis hærere exiſtimabant, eam ipſi cauſam pro more Patriæ, & communium legum præſcripto iure proſequi, nec tantis calamitatibus miſeros homines, totumq; Regnum inuoluere debebant.

Dicant ergo nunc aduerſarij, quis turbas ciet? quis tumultus excitat? quis ſeditiones ac bella mouet? quis Regni quietem ac tranquillitatem perturbat? quis ſubditos contra legitimos, eoſq; ſupremos Magiſtratus armat? quis ciues inter ſeipſos committit? Inſurgant ſane quantum velint, Aduerſarij contra ſocietatem noſtram & exclament:
3 Re 18. v. 18. *Tu ne es ille, qui conturbas Iſrael?* Paratum protinus accipient reſponſum. *Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus Patris tui, qui dereliquiſtis mandata Domini,* antiquam Eccleſiæ ſanctorumque Patrum fidem, *& ſecuti eſtis Baalim,* ſeu noua variarum ſectarum portenta; quæ ſi in Regnum Boemiæ non irrepſiſſent, tot motibus ac perturbationibus agitatum nunquam fuiſſet.

CAPVT IV.

Reſpondetur ad ſecundum & ſeptimum Accuſationis caput; Quod Societas IESV omnia regna mundi Romanæ ſedi ſubijcere ſatagat, eidemq; non obtemperantes Hæreticos pronunciet, &c.

SEcundum Accuſationis caput Dominorum ſtatuum ſub vtraque contra Societatem noſtram eſt hoc: *Ieſuitas,* inquiunt, *ad hoc vnicè collineaſſe, vt fidem Romanam ſtabilire, omniaq; regna, ac Mundi huius terras iugo ac poteſtati eius ſubijcere poſſent.* Huic ſimile eſt, quod

ſupra

ſupra ſeptimo loco retulimus, cum aiunt: *Omnes qui Romanæ Eccleſiæ non obtemperant a nobis proclamari Hæreticos, eisq; fidem nullam habendam eſſe palam doceri.*

Ad quæ ita particulatim reſpondemus. Primum quod ad Romanæ ſedis, ſeu Pontificis poteſtatem attinet, duplicem poteſtatem diſtinguimus: Temporalem vnam ac merè politicam, ac ſecularem, qualis cuiq; Principi temporali ac politico in ſuas ditiones, ſeu poſſeſſiones competit. Alteram ſpiritualem, ſpectantem ad res & cauſas ſpirituales dijudicandas, æternamq; hominibus ſalutem procurandam. Ex his primam quidem Pontifici Romano tribuimus in ſuis quas habet terris ſeu ditionibus temporali Dominio Romanæ Eccleſiæ ſubiectis; at non in vniuerſo mundo vel Eccleſia. Tantum abeſt *nos eo vnicè velut ad ſcopum collineare, vt omnia regna & huius Mundi terræ temporali eius poteſtati, ac Dominio Romani Pontificis ſubijciantur.*

Teſtes huius rei ſunt libri à ſocietatis noſtræ Doctoribus maximè à Roberto Cardinale Bellarmino, Gregorio de Valentia, Franciſco Soarezio editi.

Bell. lib. 5 de pôt cap. 1. 2. 3. 4. 5. Greg. de Val. tom. 4 q 22. pũ 6. Suar. Defenſ. fid côt Ang. Reg. itẽ Frãciſc. Tolet in c. 18 Ioan an not. 25. & 26. Bene. Perer. in Dan. lib. 8.

Teſtes potentiſſimi quiq; huius mundi Principes, qui in Germania, Italia, Hiſpania, Gallia ſocietatem noſtram tot iam annis non ſolum ſua gratia conſtanter dignantur, ſed etiam ſua benignitate & magnificentia liberaliter ſuſtentant, fouent, ornant, Collegijs & redditibus ampliſſimis dotant, & indies magis magiſq; augent, quod nunquã ipſi facerent, ſi in id nos incumbere animaduerterent, vt regna ipſorum ac ditiones Dominio eorũdem ſubtractas, temporali ac politicæ iuriſdictioni Romani Pontificis ſubijceremus.

Teſtis liber cõſtitutionum noſtrarum qui nequaquam hunc nobis ſcopum & finem præfigit ad quẽ collineemus, ſed longè alium hac Regula expreſſum. *Finis huius Societatis*

Exam. c. 1. §. ſũ. Con. Re. 1

tatis

tatis eſt, non ſolum ſaluti ac perfectioni propriarum animarum cum diuina gratia vacare, ſed cum eadē impenſè in ſalutem & perfectionem proximorum incumbere. Qua de cauſa etiam alibi his verbis præcipit. *Vt plenius poſſit Societas rebus Spiritualibus iuxta ſuum inſtitutum vacare, quo ad eius fieri poterit à negotijs ſecularibus abſtineant, nec ea vilis precibus adducti obeunda ſuſcipiāt, vel in illis ſe occupari ſinant.* Non ergo inſtituti noſtri eſt temporalem Iuriſdictionem cuiuſquam procurandam ſumere.

P. 6. § 6. c. 7. & ſum. Reg. 45.

Teſtis deniq; ipſa ad ſenſum euidens & quotidiana experientia. Quinquaginta enim iam & amplius annis non in Europa ſolum, ſed in ipſis etiam extremis Indijs, & toto quaſi terrarum orbe, degit, ſuique Inſtituti munia exercet ſocietas, nec tamen ab ea vlli Principum ditiones ſuas hactenus ademptas, ac in Romanum Pontificem translatas vidimus. Et verò ipſum quoque Boemiæ Regnum, etſi quinquaginta ijſdem annis, conatus & officia ſocietatis expertum, nonne ſuos adhuc Reges, & Dominos politicos retinet? Nequaquam ergo nobis cordi eſt, vt huius Mundi regna, terras ac ditiones, temporali ac politicæ poteſtati Romani Pontificis ſubijciamus, neque exiſtimamus tā ab omni rationis vſu alienos fuiſſe aduerſarios noſtros, qui hanc Dominis ſtatibus accuſationem ſuggeſſerunt, vt id nobis imponere voluiſſe videantur.

At ſi loquamur de poteſtate ſpirituali, hoc eſt, ad finem ſpiritualem ſupremæ beatitudinis hominibus procurandū natura ſua ordinata, quæ temporali ac politicæ Iuriſdictioni Regum ac Principum huius mundi, nihil præiudicat, planè fatemur, nos pro virili noſtra, & ipſa ratione inſtituti, in id vbiuis terrarum incumbere, vt omnia Regna, omneſque totius mundi regiones ſpiritualem hanc poteſtatem ſummi Pōtificis, quam in vniuerſa Eccleſia habet, agnoſcant, eique ſe reuerenter ſubmittant, iuxta illud de

Chri-

Chriſto vaticinium: *Gens & regnum, quod non ſeruierit tibi, morietur.* Iſa 60.v.12

Tãtum vero abeſt, vt id probro nobis ducamus, iuſtamue proſcriptionis cauſam agnoſcamus, vt potius maximo nos honore ab aduerſarijs affectos ea re arbitremur. Sic enim præſtare nos ipſi fatentur, quod regulæ noſtræ iubẽt, *vt impensè incumbamus in proximorum ſalutem*, quæ extra Eccleſiam, & ſine vera fide ac obedientia ipſi Romano Pontifici, tanquam Vicario Chriſti, & viſibili Eccleſiæ in terris capiti debita, eſſe non poteſt. Ipſe enim plane Romanus Pontifex, verus & legitimus in ea totius Eccleſiæ ſpirituali Præfectura ſucceſſor eſt Petri Apoſtoli, quem & Petram, ſeu fundamentum ſecundarium totius Eccleſiæ Chriſtus olim in terris exiſtens conſtituit, & ipſius etiam Regni cælorum clauibus, ſupremaq; adeo Eccleſiæ regendę poteſtate donauit; vt ex his Chriſti verbis manifeſtum eſt: *Beatus es, Simon Barionà, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, qui in cęlis eſt. Et ego dico tibi,* Mat.16.v.17 *quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram ędificabo Eccleſiam meam, & portę inferi non prępualebunt aduerſus eam. Et tibi dabo claues regni cęlorum. Et quodcunq; ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cęlis; & quodcunq; ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cęlis.*

Ad eundem ſanctum Petrum Apoſtolum pertinet illud Chriſti verbum, ter, nõ ſine peculiari emphaſi repetitum: *Paſce agnos meos, paſce oues meas.* Quibus verbis cum nulla à Chriſto facta ſit ouium exceptio, perſpicuum eſt, non Io.21.v.16.17. aliquarum tantum, ſed omnium prorſus ouium, adeoq; totius ouilis ſeu Eccleſiæ Chriſti curam & gubernationem ſpiritualem S. Petro eiuſq; ſucceſſoribus eſſe commiſſam.

Neq; hæc noſtra ſolum, ſed omnium Catholicorum, neq; noua, ſed vetus SS. Patrum Doctrina eſt. Ita enim S. Irenæus ante annos M.CCCC. de Romana Eccleſia ſcribit. Iræ.li.3.c.3.

bit. *Ad hanc Eccleſiam propter potentiorem principalitatem, neceſſe eſt omnem conuenire Eccleſiam, hoc eſt, eos, qui ſunt undique fideles.*

Hier. ep 57. ad Damaſũ Et S. Hieronymus ante annos M. CC. ad ipſum Romanum Pontificem ſcribens: *Ego nullum primum*, inquit, *niſi Chriſtum ſequens, beatitudini tuæ, id eſt, Cathedræ Petri communione conſocior, Super illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit profanus eſt. Si quis in Arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio, &c. Qui tecum* (cum Romano, inquam Pontifice) *non colligit, ſpargit, hoc eſt qui Chriſti nõ eſt, Antichriſti eſt.* Et alibi rurſum aduerſus varios Hæreticorum inſultus exclamans: *Si quis* inquit, *Cathedra Petri iungitur, meus eſt.*

Hier Ep 58 ad Damaſũ

Aug ep 162 Sed & S. Auguſtinus diſertè profitetur, *in Romana Eccleſia ſemper Apoſtolicæ cathedræ viguiſſe Principatum.* De qua re etiam Maximianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus ante annos etiam fere. M. CC. *Omnes*, inquit, *fines terræ, quæ dominum ſincerè receperunt, & vbique terrarum veram fidem confitentes, in poteſtatem Romanorum Põtificum, tanquam in ſolem reſpiciunt, & ex ipſa lumen Catholicæ & Apoſtolicæ fidei recipiunt.*

Ep. ad Orie.

Nihil autem hac de re illuſtrius dici poteſt, quam quod S. Bernardus ante annos fere D. ad Eugenium Pontificem ſcripſit. *Age*, inquit, *indagemus adhuc diligentius, qui ſit, quam geras videlicet pro tempore perſonam in Eccleſia Dei. Qui es? Sacerdos magnus ſummus Pontifex. Tu Princeps Epiſcoporum, Tu heres Apoſtolorum, Tu primatu Abel, gubernatu Noe, patriarchatu Abraham, ordine Melchiſedech, dignitate Aarõ, authoritate Moyſes, iudicatu Samuel, poteſtate Petrus, vnctione Chriſtus. Tu es, cui claues traditæ, cui oues creditæ ſunt. Sunt quidem & alij cæli ianitores, & gregum paſtores, ſed tu tanto glorioſius, quanto & differen-*

Lib. 3. de cõſid. cap. 8.

differentius vtrumq; præ cęteris nomen hæreditasti, habent illi sibi assignatos greges, singuli singulos, tibi vniuersi crediti, vni vnus. Nec modo ouium sed & pastorum tu vnus omnium Pastor. Vnde id probem quæris? Ex verbo Domini. Cui enim non dico Episcoporum, sed etiam Apostolorum, sic absolute & indiscrete totæ commissæ sunt oues? Si me amas Petre, pasce oues meas. Quas? illius vel illius populos ciuitatis, aut regionis, aut certi regni? Oues, inquit, meas. Cui non planum, non designasse aliquas, assignasse omnes? Nihil excipitur, vbi distinguitur nihil, &c. Hactenus Bernardus qui etiam alibi id ipsum denuo confirmat: *Plenitudo potestatis* inquit, *super vniuersas orbis Ecclesias singulari prærogatiua Apostolicæ sedi donata est, Qui igitur huic potestati resistit, DEI ordinationi resistit, &c.* Ber. ep. 131.

Quæ cum ita sint, cumque hæc causa & doctrina nobis cum omnibus Catholicis communis sit, mirum videri potest, cur ob eam D. D. status sub vtraque solos Iesuitas è Boemiæ Regno proscripserint; nisi quia rursum de Societate nostra præter meritum benignius sentiunt: quasi enixius in eam curam incumbat, vt obedientia Romanæ sedi debita vbiuis propagetur; quod vti nobis arrogare minime audemus, ita velut stimulum duntaxat, quo vel ab ipsis etiam aduersarijs officij nostri commonemur, patienter admittimus.

Ad alterum quod attinet, non ita quidem nos vniuersim ac indistinctè omnes eos pronunciamus Hæreticos, qui Romanæ Ecclesiæ non obtemperant. Fieri enim potest, vt præceptum eius concernat solummodo causam ciuilem, aut aliquam particularis facti quæstionem. Fieri potest, vt in re etiam aliqua Religionis, v.g. in consuetis ieiunij & abstinentiæ legibus, debitum ei obsequium denegetur, non errore fidei aut iudicij, quo suprema potestas ipsi Romanæ Cathedræ denegetur, sed quadam affe-

ctus ſeu voluntatis prauitate & defectu; quibus caſibus eos, qui Romanæ Eccleſiæ non obtemperant, inobedientes quidem, ſubinde etiam Schiſmaticos, ſed Hæreticos minimè pronunciamus.

S.Tho. 2.2. q. 39. a. 1. ad 2. & 3.
Hier. in Cõ. in Tit. 3.
Aug. ep. 102.
S. Tho. 2. 2. q. 11. a. 2.

Tales enim eos duntaxat cenſemus, qui ab ipſa fide Eccleſiæ Romanæ diſſentiunt, ſeu qui Eccleſiæ Romanæ ita non obtemperant, vt iudicium fidei ab Eccleſia Romana diuerſum habeant, adiuncta pertinacia, ſine qua nulla vera & formalis hæreſis eſſe poteſt. Qui verò vel cum vnico fidei errore pertinaciam habent coniunctam, illi nobis omnibuſque Orthodoxis, non minori certitudine hæretici exiſtimantur & pronunciantur, quam ipſa Catholica fides noſtra, nobis certa eſt, iuxta ipſius Chriſti Domini ſententiam: *Qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & publicanus. Quiſquis enim*, vt S. Cyprianus Martyr ait, *ab Eccleſia ſegregatus adulteræ coniungitur, à promiſſis Eccleſiæ ſeparatur; nec perueniet ad Chriſti præmia, qui relinquit Eccleſiam Chriſti. Alienus eſt, profanus eſt, hoſtis eſt. Habere non poteſt Deum Patrem, qui Eccleſiam non habet matrem.*

Mat. 18. v. 17.
Cyp. li. de vnit. Eccl. c. 5.

Quid, quod ab ipſo etiam Luthero, Bohemorum religionem ſub vtraque profitentium non pauci, eam hæreticorum appellationem admittere debēt: *& enim nec Pickardi*, inquit, *infelices Hæretici, ſuas omnes partes aduerſas confidant*, &c. Et rurſum alibi. *Quod ſi etiam tempore Apoſtolorum non fuiſſet purgatorium, vt ſuperbus faſtidioſus Pickardus, nunquid ideo credendum eſt Hæretico, vix quinquaginta annos nuper nato, & fidem tot ſeculorum falſam eſſe contendenti?* Et ſcilicet aduerſarijs liceat Catholicos appellare Idololatras, Pontificem Anti Chriſtum, &c. nobis viciſſim Lutherum, Caluinum, aut Pickardum, quos ex ſtatibus Boemiæ non fuiſſe conſtat, Hæreticos appellare non liceat?

Lut. de decẽ præcept.
Idem reſolu. art. 15.

Quod verò D. P. ſtatus ſub vtraque in ſupradicta accu-

ſatione

ſatione adijciunt, nos hæreticis fidem nullam habendam eſſe, palam docere; manifeſtam nobis iniuriam faciunt. Non enim hæc eſt noſtra doctrina, vt libri noſtrorum teſtantur; ſed plane contraria; nimirum de fide ſeu iuramento, tam fidelibus, quam infidelibus quibuſcunque, etiam Hæreticis, Iudæis, & Turcis præſtito, ita vniuerſim ſentimus. Promiſſa ſeu iuramenta de re licita per ſe loquendo, ſeruanda omnibus eſſe: iuramenta verò ſiue promiſſa de re illicita, cuicunquè præſtita ſint, ſeruanda non eſſe. *Quia iuramentum non eſt vinculum iniquitatis*, vt S. Auguſt. ait. *Et in promiſſis malis*, inquit S. Iſidorus, *reſcinde fidem, In turpe voto muta decretum. Quod incaute voviſti ne facias, impia eſt promiſſio, quæ ſcelere adimpletur.* De qua re, quia à noſtris actum eſt ſæpius, nil opus eſt hoc loco pluribus diſſerere.

Can. Inter. cæt. & Can. In malis 22. q. 4. Vid. Martin. Becanũ de fi de Hęr ſeru. Sebaſ. Heys. aphor Doct. Ieſ c. 1.

CAPVT V.

Reſpondetur ad IV. XI. & XII. accuſationis caput, Quod Ieſuitæ Conſcientijs hominum dominari, atque eos ad illicita compellere, omniaque ſuo arbitratu ac nutu moderari conſueuerint, &c.

QVartum accuſationis caput in Decreto DD. ſtatuum ſub vtraque ita habet: *Ieſuitas per Confeſſiones arcana omnia reſcire, atque ita conſcientijs hominum dominari conſueſſe, vt pænitentibus nec boni quicquam, citra illorum arbitrium facere, nec quicquam ab ipſis iniunctum, quantumuis DEO, eiuſque præceptis contrarium, prætermittere, aut omnino etiam in dubium ſeu deliberationem vocare fas eſſet.*

Cæterum fatemur omnino, confeſſionum audiendarum munus pro Societatis noſtræ Inſtituto, fuiſſe nobis,

Par. 7. c. 4. §. 4. & Reg. Sacerd. 8.

quam maximè curæ; Sic enim iubent Regulæ noſtræ: *Omnes ij, quibus ex Obedientia Confeſſiones audiendi ſanctum munus committitur, multum ad id ſufficere ſtudeant, & tanquam noſtri inſtituti valde proprium, magni faciant.* Quam rem illud etiam grato, quo par eſt, animo erga DEVM agnoſcimus, cum in omnibus locis, vbi Societas noſtra verſatur, ipſius Chriſtiani populi erga nos affectum; eamque de fidelitate ac dexteritate officij huius adminiſtrandi, opinionem eſſe, vt non ſolum libenter, ac cum ingenti fructu ac ſolatio animarum, noſtra hac opera vtatur, ſed & ſæpe ob ingentem eorum concurſum, qui ſuas nobis conſcientias committere cupiunt, etiam à magno quantumuis Sacerdotum numero, ſatisfieri omnibus non poſſit.

Sed & hoc certa fide cum Catholica Eccleſia credimus ac palam profitemur, ſacerdotibus ad eiuſmodi munus obeundum, eximiam quandam poteſtatem à Chriſto Dn. fuiſſe conceſſam, cum diceret: *Accipite ſpiritum ſanctum: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt.* Quo fit vt iidem ſacerdotes, accedente legitima iuriſdictione, conſcientijs, animiſque pœnitentium ad vitam rectè inſtituendam non ſolum conſilijs adeſſe, ſed etiam aliqua ſane ratione moderari, & præcipere, ac de iiſdem cum authoritate diſponere poſſint, ijs rebus iniungendis, ad quas ipſo Diuino iure obſtringuntur.

Io. 20. v. 23.

Conc. Trid. ſeſſ. 14. c. 5. can. 7. 8.

Primum. Vt pœnitentes ſuas conſcientias diligenter prius excutiant, ſuaque peccata in mentem reuocare ſtudeant, quam à ſacerdote abſolutionis beneficium impetrent.

Secundum. Vt Conſcientias ſuas ita ſacerdoti detegant, vt omnia peccata mortalia, quæ in mentem veniunt, nec in Confeſſione antea legitimè fuere explicata; ſeu publica ſint, ſeu occulta, tam quo ad numerum, quam quo ad

ſpe-

ſpeciem, adeoq; cum omnibus Circumſtantijs ſpeciem mutantibus, ſincerè aperiant; deque ijs verum dolorem ac emendationis propoſitum concipiant.

Tertium. Vt ſi quæ peccata forſan adhuc in futurum pendeant, aut ipſo iure Diuino, certam obligationem etiamnum adiunctam habeant, de ijs pœnitentes ita diſponant, ſicuti lex Diuina præcipit. Quo ſpectat, vt Contractus iniqui reſcindantur, mandata ſeu conſilia praua retractentur, iniuſtè parta reſtituantur; vt amores ac contubernia illicita abrumpantur, diſtrahantur; vt odia ac inimicitiæ deponantur, cunctiſque iniuſtè læſis ſatiſfiat, &c.

Quartum. Vt pœnitentiam pro peccatis iniunctam, & ſi quod remedium peccato alicui curando neceſſarium meritò videatur, ne prætermittant. Ad hæc ſanè, compelli à Sacerdote poſſunt pœnitentes. nec enim fruſtra, tam ad *ligandū*, q̃ ad *ſoluendū* Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus à Chriſto poteſtas eſt conceſſa. Atque hanc ipſam poteſtatem ſacerdotibus diuinitus conceſſam, ſi aduerſarij noſtri *Dominationem Conſcientiarum* appellare voluerunt, in re quidem non errarunt; etſi modum loquendi & inuidioſū, & Eccleſiæ inſuetum; nec omnino verum ac proprium adhibuerunt: quandoquidem *conſcientijs dominari* eius ſolum eſt, qui *ſcrutatur corda, & renes DEVS*, nec vera dominatio eſt, ſi quæ poteſtas non in vllum præcipientis, ſed ſolum obtemperantis ac ſubditi commodum refertur, vti in propoſito accidit.

Aliam verò *Dominationem*, qua noſtro arbitrio, vel à licitis mandato auocare Pœnitentes, vel ad illicita compellere ſoleamus, nunquam nobis arrogauimus, niſi quod DD. ſtatibus ſub vtraque cum Eccleſiæ ac fidei Catholicæ Decretis aduerſentur, id ipſum fortè illicitū videri poteſt, quod nobis & Eccleſiæ Catholicæ eſt Sacroſanctum.

us quod Pœnitentes noſtros ab Vtraquiſticis fidei placitis auocamus, quod Librorum & concionum Hæreticarum vſum eis interdicimus; quod Eccleſiaſticarum legum obſeruantiam ac ſtudium identidem eis inculcamus, &c. Quibus contraria ſi præciperemus, id velut rectiſſime factum Aduerſarij vtique magnopere collaudarent. Sed abſit, vt noſtræ fidei ac Profeſſionis obliti, in hoſtium Eccleſiæ caſtra tranſeamus, eorumque prauis ac illicitis ſtudiis communicemus.

Sed neque etiam arcana, ad ea quæ diximus capita nil attinentia, in Confeſſionibus reſcire cupimus; cum id nobis per Regulas noſtras merito ſit interdictum, quibus cauetur, *ne de rebus ad Confeſſionem non pertinentibus, in Confeſſione loquamur.* Quod ſi quempiam è noſtris hac in re peccaſſe aliquid animaduertiſſent Aduerſarij, habebant ſuperiores, apud quos ſuam hac de re querelam deponerent, quique & in rem ipſam inquirere, & in reum deprehenſum religioſo more animaduertere nō prætermiſiſſent.

Regū Sacerdotum 17.

Cæterum ne Domini ſub vtraque in ſuo Decreto temerè ac fortuitò, ac ſine vlla probationis ſpecie, eam in nos accuſationem contorſiſſe videantur, quod homines ad illicita compellere ſoleamus, adiungunt in eodem Decreto inferius quædam in ſpecie, ſuo iudicio illicita, quæ noſtro conſilio ac ſtudio fuerint effecta, cum aiunt: *Ieſuitas eo rem adduxiſſe, vt homines ſubditi, in Dominijs S. C. M. & Monaſteriorum ac Perſonarum ſub vna, à ſua Religione, ad Religionem ſub vna, carceribus, alijſq́ diuerſis ad hoc ſolum excogitatis modis, apertèque ſub ſpecie ſeu titulo cenſurarum politicarum, contra ſuam voluntatem coacti; Templa alibi occluſa, alibi funditus euerſa, cultus diuinus interdictus; omnia præcipua officia Regia, Regni et Ciuilia Perſonis Religionis ſub vna diſtributa, & vero qui Religionem ſub vtraq́ profitebantur, ſi quando in cauſis ad Regis & Patriæ bonum*

ſpectan-

ſpectantibus ex conſcientia ſua ſe interponerent, & illorum practicis ſe accommodare nollent, ex officijs magno cum deſpectu & contemptu deiecti fuerint. Demq. ſummatim aiunt, *Ieſuitas, adminiſtris aliquot paucis Religionis ſub vna perſonis, perfidis Patriæ Filijs, ad grauem caſum & interitum patriã adducere, ipſos vero eius vindicatores extirpare ſtuduiſſe, ita ut pene omnia (Ieſuitarum) inſtinctu & nutu, imminente iam iam (ni DEVS ipſe ex mera charitate & miſericordia ſua ſancta quam erga Verbum ſuum & ſtatus ſub vtraq; gerere dignatur, præueniſſet) omnium ipſorum extrema pernicie acta & adminiſtrata fuerint.* Quæ nos c. 1. in compendium redacta ſub vndecimo & duodecimo accuſationis membro retulimus.

Sed in hac re rurſum variè peccant aduerſarij noſtri; nec eam, quam nobis, alijſque Catholicisque viris impoſuerunt culpam, probant, ſed ſuam augent. Cum enim tot ac tam varias in nos, alioſque Catholicos viros, & fideles Regiæ Maieſtatis officiales, criminationes congerant, nullam tamen conteſtatam faciunt, ſed nec in ſpecie locum, tempus aut Perſonas exprimunt, vbi, quando, cum quibus, aut à quibus, ea quæ malè geſta cenſent, noſtro nutu, aut conſilio ſint perpetrata. Hoc ſolum vniuerſim iam præiudicatum volunt, vt quicquid vel ad bonum Religionis Catholicæ propagandum, vel ad coercendum impetum ſectarum ſub vtraque in Boemia graſſantium, vſpiam aut viſum forſitan eſt, aut geſtum finxerunt, id Ieſuitis imputant, eo ſolum nomine, quia proximos noſtros ſaluos, ſectaſque æternæ animarum ſaluti aduerſas cupimus extinctas, ipſoſque ſectarios, aut ſuo bono emendatos ac conuerſos, aut certè ſolo ſuo, non publico aliorũ malo pertinaces.

Ad quem finem ſi illa ipſa etiam Apoſtolorum monita ac præcepta, quibus hac in re efficacius dici nil poteſt, vehementius inculcaſſemus. *Hæreticum hominem poſt unam*

Ad Ti.v.20. *& ſecundam correptionem deuita; ſciens quod ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condem-*
2.Timoth.2 v.16. *natus.* Item, *Profana & vaniloquia* (Hæreticorum) *deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum, vt cancer ſerpit.* Item, *Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam*
Ep.2.Io.v.x. *non affert, nolite eum recipere in domum, nec Aue ei dixeri-*
Gal.5 v.1.
Mat.18.v 17. *tis. Qui enim dicit illi Aue, communicat operibus eius malignis.* Item alibi, *Vtinã abſcindantur, quis vos conturbant.* Et deniq; q̃ his oĩbus potius eſt, ipſius Chriſti Dñi dictũ; *Qui Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus & Publicanus.* Hæc, inquã, Apoſtolica monita & præcepta, ſi pro incolumitate ac ſpirituali bono totius Boemiæ Regni publicè ac priuatim frequentius inculcaſſemus, quid ea re peccaſſemus? Quod ſi omnia ea, quæ ad Catholicam fidem ſtabiliendam, à nobis facta enarrantur, vera eſſent, nunquid aliud feciſſemus, quam quod Apoſtoli & Chriſtus Dominus ipſe erga Hæreticos faciendum præſcripſerunt? Nimis certe frigidus Catholicæ fidei Profeſſor eſt, quiſquis diuina & apoſtolica inſtituta, quibus ſartam tectamque eſſe voluerunt Catholicã Religionẽ, velut malefacta a ſe depellit. ſed longè magis a Chriſtiana pietate alienus, q̃ ea ipſa velut pudenda, & publico digna exilio crimina traducit.

Neque tamen; vel inſtituti noſtri ratio, vel Principum Chriſtianorum ſuprema dignitas patitur, vt de publicis Regni negotijs, deque officijs politicis, quæ quibus conferenda particulatim ſint, leges modumue præſcribam; adeoque in publicam Regni adminiſtrationem nos ingeramus, nedum vt in vniuerſo Regno noſtro nutu & iudicio, gubernentur & tranſigantur omnia. Habent Principes politici ſuos in Regni adminiſtratione Conſiliarios, quos in genere eis & fideles, & Catholicos non optare, aliquie tam fidei, quam Patriæ debitus amor prohibet. habemus nos noſtra quæ inſtitutum præſcribit munera, & la-

bo-

borum exercitamẽta, libros, Scholas, Xenodochia, Carceres, cathedras, Cõfeſſionalia, Tẽpla. In his occupamur, in his opera noſtra ſtudiũq. deſudat, qđ tantũ tẽporis reliquũ minimè facit, vt nos alienis curis & negotijs implicemus.

Sed & conſilia tamen in rebus ac quæſtionibus conſcientiæ dubijs expediendis, cum æternam animarum ſalutem concernant, vti inferioribus quibuſque noſtro inſtituto, ac pro communi Chriſtiani hominis officio, libenter impendimus, ita ipſis etiam Principibus, ſicubi vſus eſt, denegare non poſſumus. Verum vt hic in carcerem conijciatur, alius opib⁹ augeatur, iſte ad dignitates euehatur, alius ſua dignitate dijciatur, noſtrũ nõ eſt particulatim ꝓcurare.

Et quanquam non negamus, per ſe loquendo, ac ſicubi nulla peculiaria promiſſa vel conuenta obſtant, Hæreticos ad fidem Catholicam profitendam, pœnis quibuſdã etiam cõpelli licite poſſe: *An non enim,* inquit Auguſtinus, *pertinet ad diligentiam paſtoralem, etiam illas oues, quæ non violenter erepta, ſed blande leniterque ſeductæ à grege aberrauerint, & ab alienis cœperint poſſideri, ad ouile Dominicum ſi reſiſtere voluerint, flagellorum terroribus, vel etiam doloribus reuocare?* Tamen in Boemia a Catholicis Dominis, ſubditos Vtraquiſtas, quibus alioqui libertas fidei promiſſa, ſolius fidei cauſa pœna carceris, aliove ſupplicio mulctatos non credimus. Qui hoc potius exploratum habemus, eo malitiæ delapſos fuiſſe quoſdam Vtraquiſtas DD. Catholicorum ſubditos; vt ſi ob aliqua crimina, pœnis debitis afficerentur, mox, vt odium legitimis ſuis Dominis apud alterius Religionis Magnates conflarent, ſe Religionis cauſa id perpeſſos clamitarent: id quod pluribus exemplis teſtatum facere poſſemus, ſi noſtri inſtituti eſſet alios accuſare potius, quam nos defendere.

Quod ſi, vt Aduerſarij aiunt, noſtro nutu in Boemiæ Regno geſta fuiſſent omnia, nec tam DD. ſtatus ſub vtra-

que

que Rempublicam turbarent, nec Religioſos & Catholicos vi præmerent; neque nobis Ieſuitis in exilium actis adeò inſultarent.

Verum hæc nimirum tribuunt *diuinæ charitati & miſericordiæ, quam erga verbum ſuum,* inquiunt, *& ſtatum ſeu Perſonas Vtraquiſticas habet.* Sed quis quæſo, & quale verbum? An Lutheranorum? an Caluiniſtarum, an Pickharditarum, aut (qui his omnibus in Regno Boemiæ antiquitate potiores ſunt) Huſſitarum? ſcilicet, multiplex iam & aduerſum ſibi ipſi eſt verbum diuinum. diuiſum eſt iam regnū DEI, vt pluribus & contrarijs ac contradicentibus ſectis opem, & patrocinium ſuū Deus præſtet, vt mendaciū protegat hæreſes promoueat, ſectas diuerſas nutriat. Quod ſi miſericordię ac benignitatis diuinæ opus eſt, qd' Vtraquiſtæ in Regno Boemiæ etiamnum perſiſtunt ac conſeruantur; cur ipſimet Vtraquiſtæ recentiores, veteres illos ac ſaniores Vtraquiſtas ita ſenſim abſumunt, extinguunt, delent? Certe Huſſus & Huſſitæ veteres ſanctorum inuocationem, cultum & venerationem ſanctarum reliquiarum & imaginum; cælibatum ſacerdotum, Monachorum, ac Monialium, ſeptem nouæ legis Sacramenta, Sacrificium Miſſæ, Tranſubſtantiationem panis & vini, Purgatorium, bonorum operum neceſſitatem ad ſalutem, proceſſiones, & peregrinationes ſacras, &c. aliaque quamplurima ex Catholicæ Eccleſiæ fide & inſtituto defenderunt, quæ à recentioribus Vtraquiſtis prorſus reijciuntur & damnantur.

Sed quis non videt, inconſideratam potius eam, erga ſummam ac incorruptam Dei veritatem, maledicentiam eſſe, quam profeſſionem diuinæ bonitatis & miſericordiæ; ad quam commẽdam aperte dicere Aduerſarijs nil potuiſſent, quam quod DEVS, iuxta Euangelicam Chriſti doctrinam, *ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos; & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos.* In qua tamen ipſa diuina be-

nigni-

dignitatis commendatione, eoſdem eſſe memores oportebat illius Apoſtolici moniti: *Exiſtimas autem hoc, ô homo, qui iudicas eos, qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies iudicium DEI? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? ignorans quoniam benignitas DEI ad pœnitentiam te adducit? ſecundum autem duritiã tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij DEI, qui reddet unicuique ſecundum opera eius.* Mat. 5. v. 45. Rom. 2. v. 4.

CAPVT VI.

Refellitur quintum & ſextum caput accuſationis, contra Societatem, quod inſignia quæque bona ad ſe trahere, & ſecularis adminiſtrationi ſe ingerere ſoleat.

QVintum & ſextum Accuſationis caput erat: *Ieſuitas Templariorum exemplum ſecutos inſignia queq; bona ſeu poſſeſſiones ad ſe attrahere ſatq; adminiſtrationi ſeculari in omnibus angulis ſeſe ingerere conſueuiſſe.*

Sed quam falſum ſit vtrumq; ex ſequenti informatione patefcet. Nam quod ad bona ſeu poſſeſſiones attinet, quas in Boemiæ Regno poſſidebamus res ita ſe habet. Collegia vniuerſim erant quinque. In his Pragenſe potiſſimũ præter prædium quoddam, ex quo panis ad Collegij ſuſtentationem petebatur, & dimidium pagum à Sua Cæſ. M. pro Collegij eiuſdem fundatione attributum, bona alia non poſſidebat. Collegium Glacenſe (quod tamen extra Boemiæ Regnum nonnulli collocãt) fundationis loco iam ante viginti quatuor annos à S. C. M. Rudolpho Secundo ſummi Pontificis authoritate, & legitimo conſenſu interueniente, ſine nullo ipſius Regni præiudicio

acce-

acceperat Monaſterium quoddam; reliqua tria collegia, exceptis prædiolis ſingulis, quæ Chomotouienſe & Nouodomenſe vendicabãt, poſſeſſiones nullas penitus habebãt; neque annui reditus omnium iſtorum Collegiorum, (in quibus tamen præter hoſpites e Societate noſtra aduenientũ ſeptuaginta Perſonas alebantur, vniuerſim decem millia aureorum excedebant, idque adeò cum exiguo fœnore, vt nullum ferè eſſet Collegium, quod nõ ære alieno ſatis magno premeretur. Et hæc ſcilicet ſunt bona, hæ poſſeſſiones, iſtæ diuitiæ, quæ cum Templariorum opibus comparẽtur: qui ampliſſimas olim ciuitates & oppida inter Chriſtianos vbique terrarum quam plurima poſſidebant, adeo vt eorum redditus integris etiam exercitibus conſcribendis belliſque gerendis ſufficerent.

Miramur potius, cur DD. ſtatus ſub vtraque Ieſuitas, nõ non potius contulerunt cum antiquis Eccleſiaſticis Boemis, qui tertiam olim Regni partem poſſediſſe feruntur; & etiam ex varia Hæreſeon ac hæreticorum vaſtatione, vix habent, vnde vitam honeſte ſuſtentent.

Certè Boemorum erat olim hæc preclara laus, Templa ac Monaſteria magnifica condere & fundare, quę à Nouatoribus poſtea turpiter ſunt deſtructa: illi ſeruos Dei, qui diuinis laudibus diu noctuq; incumberent, liberaliter alebãt & fouebant, hi occidunt mactant, proſcribũt: illi bona Religioſorum auxerunt, iſti diripiunt: quo compendio, ipſi viderint, cum experientia ipſa teſtetur, bona Eccleſiaſtica ſecularium opibus iniquè adiecta cumulum minimè augere, ſed potius tinearum inſtar exedere, ac in dies magis magiſque abſumere, ita vt ijs tertius vix vnquam lætus gaudeat hæres.

Eant modo, & pergant, quando ita volunt, liuidi noſtræ tenuitati inuidere, nos verò potiùs optamus, vt cæteri quoque Religioſi, ac Eccleſiaſtici ſua in Boemię Regno bona aliquã

recuperent: non dubitaremus, ex eorum abundantia noſtram etiam quandoque egeſtatem ſubleuatum iri. Quod ſi Societati noſtræ adeo cordi eſſet, terrenis bonis cumulandis ſtudere, tum certe nec ordinario ſucceſſionis Iuri, in bonis eorum, qui noſtro Inſtituto addicuntur, renuntiaſſet; nec adeò ſeuere cauiſſet, vt *omnes, qui ſub Obedientia ſunt Societatis meminerint, ſe gratis dare debere, quæ gratis acceperant, nec poſtulando, nec admittendo ſtipendium, vel Eleemoſynas vllas, quibus Miſſæ, vel Confeſſiones, vel Prædicationes, vel quoduis aliud Officium ex iis, quæ Societas iuxta noſtrum Inſtitutum exercere poteſt, compenſari videatur; vt ſic maiori cum libertate poſſit, & proximorum ædificatione, in diuino ſeruitio procedere.* Par. 6 c. 2. §. 7. & 1 Exam. cap 1 § 3 & ſum conſtit. Reg. 17.

Quod ad alteram accuſationem attinet, quaſi nos adminiſtrationi ſeculari in omnibus angulis ingerere ſoliti fuerimus; certum nobis eſt, ita atteſtante, non ſolum conſcientia noſtra, ſed ipſo etiam ſeculari ac ſupremo, quem res hæc concernit, Magiſtratu nobis ea re iniuriam fieri. Id enim, nobis Conſtitutiones noſtræ grauiſſime inhibent his verbis: *Vt ab omni ſpecie mali abſtineamus, & querelis etiam ex falſis ſuſpitionibus prouenientibus, quoad fieri poteſt, occurratur, præcipitur noſtris omnibus in Virtute ſanctæ Obedientiæ, & ſub pœna inhabilitatis ad quæuis officia ac dignitates, ſeu Prælationes, vociſq; tum actiuæ, quam paſſiuæ priuatione, ne quiſpiam Publicis & ſecularibus Principum negotiis, quæ ad rationem ſtatus, vt vocant, pertinent, ulla ratione ſe immiſcere, nec etiam quantumuis, per quoſcunq; requiſitus, aut rogatus eiuſmodi res politicas tractandi curam ſuſcipere audeat, vel præſumat. Idq; ſeriò commendatum ſuperioribus, nec permittant noſtros iis rebus vllo modo implicari; & ſi quos ad ea propenſos animaduerterent, eos loco mutandos, quamprimum procurent, ſi alicubi eis occaſio, vel periculum ſe eiuſmodi implicationibus immittendi eſſet.* Côg. Gen 5. Can. XII.

En quanta hæc ſeueritate noſtro ſint instituto interdicta; adeo vt quæ alijs Religioſorum ordinibus, hoc in genere, ludi quandoque dari poſſunt, nobis penitus ſint in conceſſa, nec ferè ſit quicquam aliud, quod tam acerba animaduerſione caſtigetur. Quod ſi tamen etiam ab aliquo profeſſionis noſtræ oblito tale quodpiam fuiſſet attentatum, quod non credimus, numquid ideo totus ordo, totque alij innocentes, qui ne quid ſimile fieret, pro viribus obſiſtebant, rei agentur, & quaſi ab vnius Iudæ proditoris crimen totum Apoſtolorum Collegium erit plectendum?

Sed ſatis ſcimus, vnde vetus hæc in Societatem calumnia prodeat. Sciunt nimirum æmuli noſtri & hæreticis oculis palam intuentur Magnates aliquando Catholicos & Principes noſtris Confeſſarijs vti, à nobis etiam ſubinde, tum pro eiuſdem ſeu conſimilis officij ratione; tum etiam honoris, ac grati animi cauſa, ſi præſertim Fundatores ſint, aut præclari Societatis Collegiorumue Benefactores, à nobis viſitari: vident ab ijſdem viciſſim ſiue noſtri temporalis commodi, ſiue ſpiritualis eorum ſolatij cauſa, atq; etiam pro amore ac beneuolentia, qua nos proſequuntur, Collegia noſtra identidem viſitari.

Sed neque negamus, pro communi ratione Inſtituti noſtri, quæ nos omnibus adſtrictos eſſe profitemur; ſubinde eos in rebus ad conſcientiam & ſalutem animæ ſpectantibus à nobis conſilijs dirigi, ſpiritualibus inſtitutionibus monitis informari, vt conſcientias ſuas illæſas tueantur, ne quod DEO, ac proximo, ſubditiſue ſuis naturali ac diuino iure debent obſequia & officium, non negligant; vt quantum fas eſt, publicum fidei ac religionis negotium promoueant. Hæc nimirum cordolium Aduerſarijs noſtris creant, & quia cuperēt à nobis eſſe quam alieniſſima, in calumniam trahunt: quaſi hoc ſit adminiſtrationi ſeculari ſe ingerere.

Ve-

Verum grauiſſimè errant, niſi fortè adminiſtrationi ſeculari ſeſe etiam ingeſſit S. Ioannes, quando *corripuit Herodem de Herodiade, vxore Fratris ſui, & de omnibus malis, quæ fecit Herodes*: aut quando idem Ioannes interrogatus aliquando tum à Publicanis, tum à militibus, quo facto opus, vt vitam æternam conſequerentur, illis quidem præcepit, *ne amplius, quam quod conſtitutũ eſſet* (tributo exigendo) *facerent*, his autem, *Neminem*, inquit, *concutiatis, neq; calũniam faciatis: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris*. Sed neque S. Paulus Apoſtolus vſquam ſe adminiſtrationi ſeculari immiſcuit, quando coram Præſide Felice, eiuſque vxore Druſilla, *diſputauit de Iuſtitia, & Caſtitate, & iudicio futuro*, adeo, vt tremefactus etiam Felix abſcederet. Quod ſi idem Apoſtolus, *omnibus ſe debitorem eſſe* profeſſus eſt, *& omnibus omnia factus eſt, vt omnes faceret ſaluos*, cur accuſatur ſocietas noſtra, quod principum etiam Perſonarum, qui Regni & Reip. gubernandæ præſunt, ſpiritualem directionem & inſtitutionem, poſtulata ſuſcipiat à quibus tanto magis nos obligatos eſſe ſentimus, quanto & ab iis maiora in nos beneficia profecta; & illi pro ſuæ perſonæ & dignitatis excellentia, ad commune bonum ſpirituale, plus momenti adferre poſſunt.

Luc. 3 v. 19. Mat. 14 v 3. Mar. 6 v. 17. Luc. 3. v. 12. Act. 24. v. 25 Rom. 1 v. 14 1. Cor 9. v 22

CAPVT VII.

Refellitur octauum accuſationis caput, quod peruerſa Ieſuitarum technæ conteſtatæ ſint externis etiam exemplis Galliæ, Angliæ, Hungariæ, Venetorum, Belgij.

NOn contenti Domini ſtatus ſub vtraque tales ex ſuo Regno petitis, domique natis accuſationibus Ieſuitas laceſſere, inſuper etiam ſubſidij loco externas aduocant, nec alias, quam quas hactenus om-

 nes,

nes, qui Societatem noſtram ſcriptis ſibi impugnandam ſuſceperunt, Hæretici nobis obiectarunt. Quas quia ſæpius iam noſtri ſolideque refutarunt, nil opus eſt hoc loco prolixius retractare: ſatis fuerit, innocentiæ Societatis capita & momenta quam breuiſſime inſinuare.

Nam quod ad Galliam attinet, licet elapſis ſuperioribus annis, non leuibus in eo Regno motibus ac procellis Societas noſtra fuerit iactata, is tamen perturbationum omnium exitus fuit, qui & Societatis innocentiam abundè teſtatam redderet, & priorum temporum ærumnas admirabili felicitate ſtatim compenſaret. Accuſabamur perduellionis ac parricidij Regibus aut intentati, aut illati: Sed innocentiam noſtram publicè ac priuatim, dictis & ſcriptis, ampliſſimiſque reſcriptis, & quod amplius eſt, factis, ac Regiæ in nos munificentiæ, & benignitatis documentis luculentiſſimis vindicarunt ac defenderunt ij ipſi Reges Chriſtianiſſimi, Henricus IV. & Ludouicus XIII. quorum vitæ, aut augusto ſanguini inſidiari malignisſimè ferebamur. Hi enim non ſolum Societatem noſtram, antea temporum iniquitate, non ullius criminis cauſa exulantem, denuo in Regnum reuocarunt, in eoque decretis ſuis ſtabilierunt, facultate ampliſſima conceſſa, vt nobis in vniuerſo, quoquò nos vocari contingeret, Regno, liberè & pacatè reſidere fas eſſet: ſed etiam ipſi ſumptu Regio noua Collegia in eodem Regno ædificarunt, fundarunt, & dotarunt; ipſi publicis decretis & Regia authoritate Societatem non ſolum ab impoſitis criminibus liberam pronunciarunt, ſed eam etiam ſingularibus encomijs cohoneſtarunt & ornarunt, vtpote *ſubditis ſuis educatione filiorum ad pietatem, iuncto ſimul bonarum litterarum ſtudio cum primis gratam & vtilem: ſibique adeo probatam, vt in ipſorum manus proprium etiam* (ipſius Henrici Magni Regis defuncti) *cor* incomparabile pretioſe ſummæ molis monumen-

Poſſeuin. in cap. item Be pan. de fid. hæret. ſeru. q. 7. nu. 13.

Apolog. Ioã. Argent. c. 10

ctum, *deponi vterque voluerint.*

His accedunt publicorum Iudiciorum ſententię, plurium Ciuitatum & Rerum publicarum honeſtiſſima de nobis iudicia, Reuerendiſſimorumque Pręſulum encomia; In quibus qui rebus omnibus geſtis proximus aderat, Pariſienſis Epiſcopus, non ſolùm nos à calumnijs eiuſmodi *penitus immunes, ſed etiam Societatem noſtram cum propter Doctrinam, tum propter piam vitam Eccleſiæ Dei maximè* (Apol. Io. Argent. ibid.) *vtilem, & Regno Galliæ valde proficuum* publicis literis teſtatus eſt. Quæ omnia quia editis plurium libris, & Apologijs, variò omnium prope linguarum idiomate, conſcriptis, iam ſæpius ob omnium oculos poſita fuere, nil opus eſt hic particulatim referre. Vnicas ſolummodo ipſius Henrici IV. Chriſtianiſſimi Regis literas, quas ad ſubditos quidem ſuos, ſed Religionis profeſſione Vtraquiſtas, atque a Catholica fidē quam maximè alienos dedit, nunquam hactenus, quod conſtet, latinè editas ſubiungemus. (Car. Bellar. Io. Argent. Iaco. Greтſ. Lud. Riciinom. Petr. Cottō And. Eudē Io. in confut. Anticotton.) Sic enim ſcripſit ad Rupellenſes An. M. DC. VI. 17. Sept. *Cari & dilecti, cum experti ſimus in diuerſis Ciuitatibus Regni noſtri probitatem & modeſtiam Patrum Ieſuitarū, qui in ſuis moribus, doctrina & communi conuerſatione oſtendunt, nihil ſe habere ante oculos aliud, præter honorem DEI, iudicauimus expedire, mittere ad Ciuitatem noſtrā Roſchellenſem P. Sequiram Concionatorem dictæ Societatis, ornatū omnibus qualitatibus, quæ poſſunt reddere dignū hoc munere.* (Reſp. Apologet. Gallicè edita contra Anticot.) Ita Rex Chriſtianiſſimus ad Rupellenſes, Vtraquiſticæ Religionis profeſſione Dominis Boemiæ ſtatibus ſub vtraq; haud diſſimiles.

Quod ſi ipſam præſentem Regni Galliæ faciem intueamur, inueniemus omnes Aduerſariorum calumnias in fumum abijſſe, imò quia fumus erant, quaſi leui vento diſſipatas prorſus & deletas. Etenim fieri quidem aliquan-

do poteſt, vt innocẽtes etiam ipſi maleuolorum calumnijs oppreſſi exulent, attamen, vt tam inſignes flagitioſi, perduellioniſque ac parricidiorum regiorum rei, non ſolum in Regno tolerentur, ſed etiam illic foueantur, ornentur, et propagentur, vti Societatem noſtram, diuina in primis gratia, ac deinde bonorum fauore & liberalitate aſpirãte, in Gallijs quotidie magis magiſque ornari ac propagari conſpicimus, fieri nulla omnino ratione poteſt. Quod ſi forte Aduerſarij noſtri nouæ eiuſcemodi hactenus non intellexerint, facile eſt, vt a nobis hic obiter referentibus diſcant. Præter numerum enim Collegiorum, qui illic indies augeſcit, integer necdum elapſus eſt annus, ex quo Chriſtianiſſimus Galliæ Rex Ludouicus XIII. Societati noſtræ in ipſa Pariſienſi Vrbe, loco ad omnium prope inuidiam expoſito, ampliſſimam poteſtatem fecit, vt in Collegio noſtro publicis Scholis apertis, omnes Diſciplinas à Religioſa profeſſione non alienas, etiam Philoſophicas, & Theologicas, liberè deinceps ac publicè profiteri poſſet. Et ſcilicet Parlamenta, Curiæ, Principes, Prælati, Reges, Regnumque totum Franciæ adeo profundo tenebantur lethargo, ne tam peſtilens malum ſuis humeris incumbens, non ſolum non depellerent, ſed tuerentur ac fouerẽt.

Ex quibus omnibus manifeſte patet, acta Regni Galliæ, ſi ex æquo omnia expendantur, tantum abeſſe, vt Societatis honorem ac bonam famam dehoneſtent, vt eius innocentiam ac laudes celebriores multo reddant, quam antea vnquam fuerint. Neque vero nobis ex Aduerſariorum proſcriptione lætiorem euentum optare poſſumus, quam qui Societati in Gallia poſt exilium perpeſſum diuina benignitate obtigit.

Ex Anglia verò haud ſcio, quid nobis Aduerſarij exprobrare poſſint, niſi carceres, equulea, patibula, cruces, ro-

tas,

ſas, ignes, quibus vt alij quam plurimi, ita ex noſtris non pauci glorioſiſſimi Martyres, pro Catholica fide & Religione variè & crudeliter excarnificati fuerunt; quos idcirco velut decora & ornamenta, imo præſidia ordinis noſtri veneramur, colimus, exoſculamur. Eant Aduerſarij, quo volunt, qua velint nece occumbant, etiam ad Indos abeant, vt honeſte obeant, niſi hoſtilitate depoſita, nobiſcum in fidei Societate conſpirent, [illegible] tam glorioſa morte [illegible] [illegible] defungentur. Neque Garneti acta aliud, quã innocentiam conſpirant, ſi non ab hoſtili, ſed fida manu ſcripta legantur.

Vide Apol. Eudæmon. Io. pro Garneto.

Sed nec de Hungaria & Tranſyluania aliud, quam veræ fidei ac Catholicæ Religionis odium, non Ieſuitas magis, quàm cæteros etiam Eccleſiaſticos vniuerſos fecit extorres, cum illi ipſi, qui nos inde ſuo edicto excedere poſtremò iuſſerunt, publico teſtimonio palam teſtatum fecerint, *Patres Societatis IESV, qui bonos & morum integritate graues viros, ex ſuis Collegijs bonis quæ non ob vllum delictum, aut alicuius vitium, verùm ad inſtantiam Romanæ & Catholicæ fidei contrariam opinionem ſequentium eſſe deturbatos, excluſos, & in alia loca demigrare coactos.* Hæc quamdiu nobis obijciunt Aduerſarij, Deo gratias agimus, planè perſuaſi, maiorem nobis honorem accidere nullum poſſe, quàm ſi vel ab ipſis hoſtibus teſtatum fiat, Noſtros pro fide & Catholica Religione, exilia mortemque fuiſſe perpeſſos.

Io. Arg. apolog. pro Societ. c. 12. & 13.

Venetijs ac è Venetorum Ditione nemo nos exturbauit inuitos. De obedientia ſummo Pontifici præſtanda agebatur: hic Societati noſtræ ab eodem ſummo Pontifice S. D. N. Paulo V. erat iniunctum, vt niſi DD. Veneti in propoſitis cauſis debitum ſibi præſtarent obſequium, à ſacris ceſſaret. Fecit Societas, quod erat imperatum, &

ſummo Eccleſiæ Capiti, cui nos ipſum inſtitutum arctiori obſtringebat voti vinculo, debitum præſtitit obſequium. Hinc à Dominis Venetis iuſſa fuit excedere; quibus ſi contra Pontificis iuſſum, obtemperare voluiſſet, eorumque cauſam, ac vt exiſtimabant, honorem, diuinis officijs celebrandis tutari, næ illi non ſolum eam, in ſua ditione, vti alios Religioſorum ordines, libentiſſimè retinuiſſent; ſed nouis etiam inſuper honoribus auxiſſent & ornaſſent. Itaque nec è Veneta ditione nos aliud, quàm Relig. inſtituti ratio, & fidelitas ſummo Pontifici debita fecit extorres. nec tamen dubitamus, quin ipſa etiam aliquando Sereniſſima Reſpublica Veneta, ſi depoſita priſtina animi commotione, & publicum Reipub. commodum, & Societatis noſtræ innocentiam diligentius expenderit, Galliæ exemplum ſecuta, noſtros poſtliminio ad ſuam ditionem ſit reuocatura, ſuiſque Collegijs benignè reſtitutura. Sin minus; fiat voluntas DEI, qui eſt *Rex Regum & Dominus Dominantium*, à quo omnes pariter, vti ſalutem æternam, ita iudicium iuſtum expectamus.

Ex Belgio contra Societatem quid proferre Aduerſarij poſſint, nobis non honorificum, neſcimus: niſi forte vaniſſima, & putidiſſima illa mendacia, quorum vel ipſos etiam Authores, licet occultos & nunquam apertè in theatrum progreſſos, extremè pudeat; publicis & authenticis teſtimonijs Magiſtratuum, ijs ipſis in locis, vbi ea à nobis probra contracta ferebantur, euidenter conuicta: non alia prorſus ratione, quam vel ab ipſis etiam Dominis Boemis Religionem ſub vtraque profitentibus, aut ſaltem quibuſdam eorum Primoribus, vanus ille & *famoſus rumor, libelluſque perniciosus Bertold, contra Reuerendos*, vt aiunt, *Patres Societatis IESV ſparſus, quaſi in eorum Collegio Pragæ maximus apparatus bellicus, eſſet*

non

non contemnenda manu Militum, in Patriæ detrimentum occulte fuiſſet congeſtus & congregatus, publico, & authentico inſtrumento, non minus efficaciter, quam ſinceſe & candide de mendacio conuictus fuit.

Vide Apol. Io. Argent. pro Societ. c. 14.

Eant igitur modo, & pergant Aduerſarij, nobis iſthæc obijcere? Tam molles & effœminati per DEI gratiam necdum ſunt Ieſuitæ, vt exilia, contumelias, carceres, [mor]tes pro Catholica Chriſti fide, & obedientia ſuæ monarchiæ debita, ſi neceſſitas ferat, tolerare recuſemus; nec tam vecordes, vt hæc tolerata, ꝑbro ducamus; nec ingrati, quin DEVM pro his omnibus donis actionis ſuis honorificemus & laudemus in ſecula, quia *fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, & dignos nos fecit* adoptione *in partem ſortis Sanctorum*, quæ eſt bonum agere, & malum pati.

Ad Coloſſ. 1. c. v. 12.

CAPVT VIII.

Reſpondetur ad nonum & decimum Accuſationis caput; quòd Ieſuitæ literis Maieſtatis ſuum pondus ac momentum, falſa interpretatione, ac iudicio adimere tentauerint, &c.

AD hæc tria nimirum puncta reuocantur ea, quæ à Dominis Boemiæ ſtatibus ſub vtraque, circa Maieſtatis literas obiecta nobis fuiſſe, ſuperius capite. I. notauimus. Primum enim reprehendunt nos, *quod non obſtantibus Maieſtatis literis à glorioſa memoria Cæſare Rudolpho conceſſis; nec non initæ, & à Sacra Cæſarea Maieſtate confirmatæ ſuper eadem re conuentione, partem ſub vtraque in Concionibus & ſcriptis audacter ſcommatis proſciderimus.*

Verum nec iſthic particulatim exprimunt, quando, à

quibus, & quæuam eiuſmodi ſcommata in eos iactata fuerint. Nec in mentem nobis venire poteſt aliud, quam ipſos hic rurſum renouare ſuum voluiſſe dolorem, quem ex Hæreticorum appellatione eos percepiſſe, nulla tamen à nobis iniuria irrogata, capite quinto demonſtrauimus; vt proinde nec hic opus ſit diutius immorari: quando per ſe liquidum eſt, nullis Maieſtatis literis cautum fuiſſe, nec caueri adeo potuiſſe, quin Hæretici appellentur ij, qui poſt fidei Sacramentum ſuſceptum Catholicæ Eccleſiæ fidem pertinaciter reſpuunt.

Quoad ſiniſtram literarum Maieſtatis interpretationem, maiori ſcilicet vi premere nos ſibi videntur. aiunt enim, *eas à nobis partialiter & ſiniſtre fuiſſe explicatas, quaſi ad ſubditos S. Cæſ. Maieſtatis Cameræ, & Monaſteriorum, ſiue Eccleſiaſticorum, itemque ſtatuum ſub vna minime extenderentur.*

Verum etſi nobis conſcij minimè ſumus, noſtrum aliquem interpretandis ex profeſſo Maieſtatis literis ſuum quandoque iudicium interponere voluiſſe, cum id neque rebus noſtris diſponendis, aut regendis ſubditis (quos in Boemia pauciſſimos habuimus) neceſſarium eſſet: neque animo ſatis conſtat, an exemplar vllum earum literarum in aliquod Collegiorum noſtrorum illarum vnquam venerit: attamen, vt aliquid hac in re ab aliquo noſtrorum factum demus, ac in eam plane ſententiam, quam Domini ſtatus ſub vtraque expreſſerunt, interpretationem adhibitam, vltro concedamus. Iam ideo tota Societas in Boemia peccatum publica proſcriptione dignum incurriſſet?

Primum quidem certè, etiamſi reipſa falſa & ſiniſtra ea fuiſſet interpretatio, paucorum priuatorum is error eſſet, non communi innocentum ſupplicio expiandus; ſed

com-

communi iuris ordine, & cognita cauſa coram legitimo Magiſtratu, examinandus atque iudicandus; ad quem pertinet, publica authoritate dubium legis ſenſum interpretari; cui proinde ipſi etiam Domini ſtatus ſub vtraque (cum in ea controuerſia pars tantùm eſſent, non Iudex), ſuam quoque interpretationem, ac ea de re iudicium, nõ minus, quam Ieſuitæ ſubijcere debebant.

Sed etſi coram legitimo etiam Iudice, cauſa cognita, prehenſum ac iudicatum fuiſſet, interpretationem illam, edito decreto conſonam non fuiſſe, non facilè tam acerbus erit quiſquã Iudex, vt priuatam interpretationẽ dubij iuris, viris doctis nullo iure alioqui prohibitam, mox ipſius etiam Interpretis exilio, aut vlla Pœna grauiore vindicandam ſtatuat. Sexcentæ enim facile vtriuſq; iuris peritorum, ac Doctorum virorum interpretationes, variorũ è iure capitum, ab ipſo iure ac intentione legum reipſa aberrantes, dictis & ſcriptis, libriſque editis, priuatìm ac publicè circumferuntur, ac quotidie proclamantur; quas tamen nemo hactenus acerbiori eiuſmodi pœna caſtigandas cenſuit. Alioqui væ Iuris conſultis, væ etiam Theologis, ſi interpretationes Canonum ac Legum ſiniſtræ omnes in tantum Interpretum damnum redundare iubeantur.

Denique vero quod potiſſimum eſt, non probant Domini ſtatus ſub vtraque, nec probarunt hactenus, eam interpretationem aut à verbis legis, aut à mente legis latoris eſſe alienam. Primum quia ſententia Dominorum ſtatuum ſub vtraque in Maieſtatis literis, ipſis Boemiæ ſtatibus conceſſis, nuſquam exprimitur; cum tamen ex Iuris decreto, & communi ac certa Doctorum ſententia, priuilegia in preiudiciũ tertij vergẽtia, ſtrictè interpretanda, nec argumẽtatione, ſeu p cõſequentiã ſint extẽdenda.

Iuxta regulam iuris 15. & 28 in 6. & c. cum dilectus de conſuetudinib.

Deinde ratio ipſa dictat. Regem ac ſtatus Catholicos, niſi id aperte exprimerent, tam manifeſtum ſibi præiudicium creare nequaquam voluiſſe, vt ſub vtraque communicantibus liberum eſſet, fundos ipſorum etiam Catholicorum Dominorum, ſeu Eccleſiaſticorum, ſiue ſecularium, promiſcuè ſibi depoſcere & occupare, ac in ijs Eccleſias vtraquiſticæ Religionis ſuo arbitratu ædificare; ac interim Dominis Catholicis nullum ex ea re emolumentum ſeu compenſationem reciprocam æqualem percipere, tegrum eſſet.

Poſtremo ipſi Domini ſtatus ſub vtraque in ſua Apologia expreſſe fatentur, ab ipſamet Cæſarea Maieſtate literas illas Maieſtatis non ita fuiſſe explicatas, quemadmodum ipſi exoptauerant. Inter alia enim aiunt, Sacrã Cæſaream Maieſtatem, perſcriptis literis, hoc etiam grauiter ſtatibus ſub vtraque exprobraſſe, *plura ab ipſis, quàm literæ Maieſtatis, & compactata inter partes ſub vna, & ſub vtraque initæ, concederent, attentare*, ac in ſpecie etiam reſcripſiſſe, *ea, quæ circa duo Templa*, (ab Vtraquiſtis in Catholicorum fundo erecta) *& circa punitionem proteruorum ſubditorum Monaſterij Braunauienſis contigerunt, legitime Sacr. Cæſareæ Maieſtatis mandato facta fuiſſe.*

Vt quid ergo Domini ſtatus, ipſi quidem non Iudices, ſed pars tantum in hac cauſa, priuatam Ieſuitarum interpretationem carpunt, & exilio dignam iudicant, quam ipſimet voluntati ac Iudicio ſupremi Legislatoris conformam, licet inuiti, profitentur?

Taceo, quòd Maieſtatis literæ non niſi per vim a Cæſ. Rudolp. Auguſtæ memoriæ Principe, fuerunt extortæ, vt capite tertio dictum, nec ab omnibus ijs ſubſcriptæ, quorum intererat, vt ipſimet in ſua Apologia queruntur.

Nec

Nec alia erat ratio conuentionis, quam Aduerſarij inter ſtatus ſub vna, & ſub vtraque initam iactitant. Videbatur illa quidam publicam ſpectare pacem ac tranquillitatem, ſed re ipſa nō collineabat alió, quam vt ſub vtraque communicantibus liberum eſſet Catholicos Sacerdotes à ſuis collaturis, ſeu beneficijs amouere; Catholicis vero ex aduerſo idem fas non eſſet. quod quam æquabili et iure, erga eos præſertim, qui in Boemiæ Regno ius antea nullum habebant (Pickarditas dico & Caluiniſtas) quis non videt?

Venio nunc ad tertiam Accuſationis huius partem. Aiunt enim, nos noſtro etiam iudicio Maieſtatis literis plurimum detraxiſſe, *ipſamq́; dignitatem & authoritatem Regiam in Boemiæ Regno extenuaſſe, palam affirmando, Regiam Maieſtatem nobis,* inquiunt, *ſtatibus fidelibus ſubditis ſuis, eas Maieſtatis literas in cauſa Religionis, ſine facultate Epiſcopi Romani concedere non potuiſſe: cum tamen iſte nec in nos ſtatus, multo minus in Regem & Dominum noſtrum ius ullum & dominium habeat.*

Sed parcant nobis quæſo Domini ſtatus ſub vtraque, & patienter noſtram hac de re ſententiam audiant. Non diſputamus, quid Auguſtiſſimus Imperator Rudolphus, celeberrimæ memoriæ Princeps, eo neceſſitatis articulo, dum a Dñis ſtatibus ſub vtraque violenta manu vndique obſeſſus teneretur, ad extorquendas Maieſtatis literas, ob maius malum euitandum, indulgere ac permittere potuerit; nec putamus, quenquam e noſtris hac de re, cum his præciſè circumſtantijs, rem ſibi diſcutiendam ſumpſiſſe. At ſi de re ipſa per ſe, & ſeclufis eiuſmodi circūſtātijs loquamur, id genus cauſas, religionem concernentes, in primis ad ipſum Romanum Pontificem, velut ſupremum in terris Eccleſiæ, & cauſarum Religionis mode-

rato-

ratorem & Iudicem pertinere; adeo vt ſine eius conſenſu publicus Religionis ſtatus nuſquam ſit immutandus. Vt cap. 4. fuſius dictum.

Nam quemadmodũ Principes politici, æquo animo non ferrent, ſi cauſas mere politicas in eorũ ditionibus Eccleſiaſtici Præſules dijudicandas iniuſſi ſumerent, vt ſi vbi nullum etiam eſt peccati periculum, rebus vendendis & emendis certa pretia deſtinarent, ſi contractuum ciuil' literas ſua authoritate & ſigillo expedirẽt, ſi monetis publicis põdus & figurã præfigerent, ſi deniq; aliis rebus mere ciuilibus ſua authoritate conſtituendis, ſeſe interponerent; ita multò minus fas eſt Magiſtratui ſæculari, de cauſis Religionis aut Religionẽ cõcernẽtibus, ſola ſua authoritate quicquã conſtituere, aut in illis quippiam innouare. Huius enim rei diſpoſitio ad ſupremum Iudicium, ad Romanum Pontificem ſine controuerſia pertinet.

Et vero tantum abeſt, vt Auguſtiſſimus Imperator hodiè, aliiq; olim verè Chriſtiani Imperatores eam Eccleſiæ ac Eccleſiaſticorum præſulum, ipſiuſq; adeo Romani Põtificis ſpiritualem poteſtatem aut ignorauerint, aut detrectauerint, vt potius tàm ipſi, quàm ſanctiſſimi, & antiquiſſimi Eccleſiæ Præſules, eam palã ac reuerẽter profeſſi fuerint. Sic .n. Imperator Cõſtãtinus ad Epiſc. vniuerſim ait: *DEVS vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoq; iudicãdi; & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non poteſtis ab hominibus iudicari.*

Ruffin. li. 10 hiſt. c. 2.

Eodem modo Theodoſius & Valentinianus Chriſtiani Imperatores epiſtola ad Synodũ Epheſinam miſſa, conteſtati ſunt, *illicitum eſſe, eum, qui non ſit ex ordine ſanctiſſimorum Epiſcoporum, Eccleſiaſticis intermiſcere tractatibus.*

Rurſum Honorius in epiſtola ad Arcadium Orientis

Prin-

Principem: *Ad illos (* Epiſcopos*) diuinarum rerum interpretatio, ad nos religionis ſpectat obſequium.* Sed & Iuſtinianus in Authentica conſtit. 123. *Si Eccleſiaſticum negotium ſit, nullam communionem habento ciuiles Magiſtratus cum ea diſceptatione, ſed religioſiſſimi Epiſcopi ſecundum ſacros canones finem imponunto.* Similia habet Baſilius Imperator in orat. quam habuit in octaua ſynodo. Egregie verò S. Ambroſius: *Quid honorificentius* inquit, *quàm ut Imperator Eccleſiæ Filius eſſe dicatur? quod cum dicitur, ſine peccato dicitur. Imperator enim bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt: bonus enim Imperator quærit auxilium Eccleſiæ, non refutat.* Amb. ep. 32.

Et rurſum idem Ambroſius ad Imperatorem ipſum: *Noli te grauare,* inquit, *Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale ius habere. Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto DEO ſubditus. Scriptum eſt; quæ DEI DEO, quæ Cæſaris Cæſari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum.* Amb. ep. 33.

Deniq. planiſſimè Ioannes Papa 8. *Si Imperator,* inquit, *Catholicus eſt (quod ſalua pace ipſius dixerim) Filius eſt, non Præſul Eccleſiæ; quod ad religionem competit, diſcere ei conuenit, non docere. Habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus conſecutus eſt; & eius beneficijs non ingratus, contra diſpoſitionem cæleſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes enim DEVS voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda eſſent, pertinere, nō ad ſæculi poteſtates: quas, ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ Sacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Non ſibi vindicet alienum ius & miniſterium, quod alteri deputatum eſt; ne contra eum tendat abrupte, a quo omnia conſtituta ſunt.* Abſit ergo à Chriſtiano & Catholico Principe tam grauis ac periculoſi erroris aſſenſus, vt ſibi Diſt. 96. can. 15.

per-

En quanta hæc ſeueritate noſtro ſint inſtituto interdicta; adeo vt quæ alijs Religioſorum ordinibus, hoc in genere, laudi quandoque dari poſſunt, nobis penitus ſint inconceſſa; nec vt ſit quicquam aliud, quod tam acerba animaduerſione caſtigetur. Quod ſi tamen etiam ab aliquo profeſſionis noſtræ oblito tale quidpiam fuiſſet attentatum, quod non credimus; nunquid ideo totus ordo, totque alij innocentes, qui ne quid ſimile fieret, pro viribus obſiſtebant, rei agentur, & quaſi ab vnius Iudæ proditoris crimen totum Apoſtolorum Collegium erit plectendum?

Sed ſatis ſcimus, vnde vetus hæc in Societatem calumnia prodeat. Sciunt enim iniquum æmuli noſtri: & liuidis oculis palam intuentur Magnates aliquando Catholicos & Principes noſtris Confeſſarijs vti, a nobis etiam ſubinde; tum pro eiuſdem ſeu conſimilis officij ratione; tum etiam honoris, ac grati animi cauſa, ſi præſertim Fundatores ſint, aut præclari Societatis Collegiorumue Benefactores, & nobis viſitari videant ab ijs etiam viciſſim ſiue noſtri temporalis commodi, ſiue ſpiritualis eorum ſolatij cauſa, atq; etiam pro amore ac beneuolentia, qua nos proſequuntur, Collegia noſtra identidem viſitari.

Sed neque negamus, pro communicatione Inſtituti noſtri, quo nos omnibus adſtrictos eſſe profitemur; ſubinde eos in rebus ad conſcientiam & ſalutem animæ ſpectantibus a nobis conſilijs dirigi, ſpiritualibus inſtitutionibus monitis informari, vt conſcientias ſuas illæſas tueantur, ut quod DEO, ac proximo, ſubditis ſue ſuis naturali ac diuino iure debent obſequia & officium, non negligant, vt quantum fas eſt, publicum fidei ac religionis negotium promoueant. Hæc nimirum cordolium Aduerſarijs noſtris creant, & quia cuperent à nobis eſſe quam alieniſſima, in calumniam trahunt, quaſi hoc ſit adminiſtrationi ſeculari ſe ingerere.

Ve-

Verum grauiſſime errant, niſi forte adminiſtrationi ſeculari ſeſe etiam ingeſſit S. Ioannes, quando *corripuit Herodem de Herodiade, vxore Fratris ſui, & de omnibus malis, quę fecit Herodes*: aut quando idem Ioannes interrogatus aliquando tum à Publicanis, tum à militibus, quo facto opus, vt vitam æternam conſequerentur, illis quidem præcepit, *ne amplius, quam quod conſtitutū eſſet* (tributo exigendo) *facerent*, his autem, *Neminem*, inquit, *concutiatis, neq; calūniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris*. Sed neque S. Paulus Apoſtolus vſquequaque ſe adminiſtrationi ſeculari immiſcuit, quando coram Præſide Felice, eiuſque vxore Druſilla, *diſputauit de Iuſtitia, & Caſtitate, & iudicio futuro*, adeo, vt tremefactus etiam Felix abſcederet. Quod ſi idem Apoſtolus, *omnibus ſe debitorem eſſe* profeſſus eſt, *Si omnibus omnia factus eſt, vt omnes faceret ſaluos*, cur accuſatur ſocietas noſtra, quod principum etiam Perſonarum, qui Regni & Reip. gubernandæ præſunt, ſpiritualem directionem & inſtitutionem, poſtulata ſuſcipiat? quibus tanto magis nos obligatos eſſe ſentimus, quanto & ab ijs maiora in nos beneficia profecta: & illi pro ſuæ perſonæ & dignitatis excellentia, ad commune bonum ſpirituale, plus momenti adferre poſſunt.

Luc. 3. v. 19.
Mat. 14. v. 3.
Mar. 6. v. 17.
Luc. 3. v. 2.
Act. 24. v. 25.
Rom. 1. v. 14.
1. Cor. 9. v. 22.

CAPVT VII.

Refellitur octauum accuſationis caput, quod peruerſa Ieſuitarum technę conteſtata eſſe, ant externis etiam exemplis Gallię, Anglię, Hungariæ, Venetiarum, Belgij.

NOn contenti Domini ſtatus ſub vtraque talis ex ſuo Regno petitis, domi que natis accuſat omnibus Ieſuitas laceſſere, inſuper etiam ſubſidij loco externas aduocant, nec alias, quam quas hactenus om-

nes,

nes, qui Societatem noſtram ſcriptis ſibi impugnandam ſuſceperunt, Hæretici nobis obiectarunt. Quas quia ſæpius iam noſtri ſolideque refutarunt, nil opus eſt hoc loco prolixius retractare: Satis fuerit, innocentiæ Societatis capita & momenta quam breuiſſime inſinuare.

Nam quod ad Galliam attinet, licet elapſis ſuperioribus annis, non leuibus in eo Regno motibus ac procellis Societas noſtra fuerit iactata, is tamen perturbationum omnium exitus fuit, qui & Societatis innocentiam abunde teſtatam redderet, & priorum temporum ærumnas admirabili felicitate ſtatim compenſaret. Accuſabamur produellionis ac parricidij Regibus aut intentati, aut illati. Sed innocentiam noſtram publice ac priuatim, dictis & ſcriptis, ampliſſimiſque reſcriptis, & quod amplius eſt, factis, ac Regiæ in nos munificentiæ, & benignitatis documentis luculentiſſimis vindicarunt ac defenderunt ij ipſi Reges Chriſtianiſſimi, Henricus IV. & Ludouicus XIII. quorum vitæ, aut augusto ſanguini inſidiati maligniſſimè ferebamur. Hi enim non ſolum Societatem noſtram, anteà temporum iniquitate, non vllius criminis cauſa exulantem, denuo in Regnum reuocarunt, in eoque decretis ſuis ſtabilierunt, facultate ampliſſima conceſſa, vt nobis in vniuerſo, quoquò nos vocari contingeret, Regno, liberè & pacatè reſidere liceret: ſed etiam ipſi ſumptu Regio noua Collegia in eodem Regno ædificarunt, fundarunt, & dotarunt, ipſi publicis decretis & Regia authoritate Societatem non ſolum ab impoſitis criminibus liberam pronunciarunt, ſed eam etiam ſingularibus encomiis cohoneſtarunt & ornarunt, vtpote *ſubditis ſuis educatione filiorum ad pietatem, ſimul & bonarum litterarum ſtudiis cum primis gratam & vtilem, ſibique adeo probatam, vt in ipſorum manus proprium etiam* (ipſius Henrici Magni Regis defuncti) *cor,* incomparabileque ſummi amoris monumentum,

Poſſeuin. in cap. item Be- pan. de fid. hæret. ſeru. q. 7. nu. 13.

Apolog. Ioã. Argent. c. 10.

ſum, depoſui vtcrque vituerint.

His accedunt publicorum Iudiciorum ſententię, plurimorum Ciuitatum & Rerum-publicarum honeſtiſſima de nobis iudicia, Reuerendiſſimorumque Pręſulum encomia: In quibus qui rebus omnibus geſtis proximus aderat, Pariſienſis Epiſcopus, non ſolùm nos à calumnijs eiuſmodi *penitus immunes, ſed etiam Societatem noſtram cum propter Doctrinam, tum propter piam vitam Eccleſiæ Dei maximè vtilem, & Regno Galliæ valde proficuam* publicis literis teſtatus eſt. Quæ omnia quia editis plurium libris, & Apologijs, vario omnium prope linguarum idiomate conſcriptis, iam ſæpius ob omnium oculos poſita fuere, nil opus eſt hic particulatim referre. Vnicas ſolummodo ipſius Henrici IV. Chriſtianiſſimi Regis literas, quas ad ſubditos quidem ſuos, ſed Religionis profeſſione Vtraquiſtas, atque à Catholica fide quàm maximè alienos dedit, nunquam hactenus, quod conſtet, latinè editas ſubiungemus. Sic enim ſcripſit ad Rupellenſes An. M.DC VI. 17. Sept. *Cari & dilecti, cum experti ſimus in diuerſis Ciuitatibus Regni noſtri probitatem & modeſtiam Patrum Ieſuitarū, qui in ſuis moribus, doctrina & communi conuerſatione oſtendunt, nihil ſe habere ante oculos aliud, præter honorem DEI, iudicauimus expedire, mittere ad Ciuitatem noſtrā Reſchellenſem P. Seguiram Concionatorem dictæ Societatis, ornatū omnibus qualitatibus, quæ poſſunt reddere dignū hoc munere.* Ita Rex Chriſtianiſſimus ad Rupellenſes, Vtraquiſticæ Religionis profeſſione Dominus Boemiæ ſtatibus ſub vtraq; haud diſſimiles.

Apol. Io. Argent. ibid.

Car. Bellar. Io. Argent. Iaco. Gretſ. Lud. Richenom. Petr. Cottō And. Eudēmo Io. in confut. Anticotton.

Reſp. Apologet. Gallicè edita contra Anticot.

Quod ſi ipſam præſentem Regni Galliæ faciem intueamur, inueniemus omnes Aduerſariorum calumnias in fumum abijſſe, imo quia fumus erant, quaſi leui vento diſſipatas prorſus & deletas. Etenim fieri quidem aliquan-

do poteſt, vt innocẽtes etiam ipſi maleuolorum calumnijs oppreſſi exulent, attamen, vt tam inſigniter flagitioſi, perduellioniſque ac parricidiorum regiorum rei, non ſolum in Regno tolerentur, ſed etiam illic foueantur, teneantur, ac propagentur; vt Societatem noſtram, diuina in primis gratia, ac deinde bonorum fauore & liberalitate aſpirãte, in Gallijs quotidie magis magiſque ornari ac propagari conſpiciamus, fieri nulla omnino ratione poteſt. Quod ſi forte Aduerſarij noſtri noua eiuſcemodi hactenus no- tellexerint, facile eſt, vt a nobis hic obiter referentibus diſcant. Præter numerum enim Collegiorum, qui illic in dies accreſcit, integer nondum elapſus eſt annus, ex quo Chriſtianiſſimus Galliæ Rex Ludouicus XIII. Societati noſtræ in ipſa Pariſienſi Vrbe, loco ad omnium prope inuidiam expoſito, ampliſſimam poteſtatem fecit, vt in Collegio noſtro publicis Scholis apertis, omnes Diſciplinas à Religioſa profeſſione non alienas, etiam Philoſophicas, & Theologicas, liberè deinceps ac publicè profiteri poſſet. Et ſcilicet Parlamenta, Curiæ, Principes, Prælati, Reges, Regnumque totum Franciæ adeo profundo tenebantur lethargo, ne tam peſtilens malum ſuis humeris incumbens, non ſolùm non depellerent, ſed tuerentur ac fouerẽt.

Ex quibus omnibus manifeſtè patet, acta Regni Galliæ, ſi ex æquo omnia expendantur, tantum abeſſe, vt Societatis honorem ac bonam famam debilitarent, vt eius innocentiam ac laudes celebriores multo reddant, quàm antea vnquam fuerint. Neque verò nobis ex Aduerſariorum proſcriptione lætiorem euentum optare poſſumus, quam qui Societati illi in Gallia poſt exilium perpeſſum diuina benignitate obtigit.

Ex Anglia verò haud ſcio, quid nobis Aduerſarij exprobrare poſſint, niſi carceres, equulea, patibula, cruces, ro-

ſas, ignes, quibus vel alij quam plurimi, ita ex noſtris non pauci glorioſiſſimi Martyres, pro Catholica fide & Religione variè & crudeliter excarnificati fuerunt; quos idcirco velut decora & ornamenta, imo præſidia ordinis noſtri veneramur, colimus, exoſculamur. Eant Aduerſarij, quo volunt; qua velint neci occumbant; etiam ad Indos abeant, vt honeſte obeant, niſi hoſtilitate depoſita, nobiſcum in fidei Societate conſpirent, tam glorioſa morte vitam defungentur. Neque Garneti acta aliud, quã innocentiam ſpirant, ſi non ab hoſtili, ſed fida manu ſcripta legantur.

Vide Apol. Eudæmon. Io. pro Garneto.

Sed nec in Hungaria & Tranſyluania aliud, quam veræ fidei ac Catholicæ Religionis odium, non Ieſuitas magis, quàm cæteros etiam Eccleſiaſticos vniuerſos fecit extorres, cum illi ipſi, qui nos inde ſuo edicto excedere poſtremò iuſſerunt, publico teſtimonio palam teſtatum fecerunt, *Patres Societatis IESV, vt homines & morum integritate graues viros, e ſuis Collegijs bonisque non ob vllum delictum, aut alicuius vitium, verùm ad inſtantiam Romanæ & Catholicæ fidei contrariam opinionem ſequentium eſſe deturbatos, excluſos, & in alia loca demigrare coactos.* Hæc quamdiu nobis obijciunt Aduerſarij, Deo gratias agimus, planè perſuaſi, maiorem nobis honorem accidere nullum poſſe, quàm ſi vel ab ipſis hoſtibus teſtatum fiat, Noſtros pro fide & Catholica Religione, exilia mortemque fuiſſe perpeſſos.

Io. Arg apolog. pro ſociet. c. 12. & 13.

Venetijs ac è Venetorum Ditione nemo nos exturbauit inuitos. De obedientia ſummo Pontifici præſtanda agebatur: hic Societati noſtræ ab eodem ſummo Pontifice S. D. N. Paulo V. erat iniunctum, vt ni DD. Veneti in propoſitis cauſis debitum ſibi præſtarent obſequium, à ſacris ceſſaret. Fecit Societas, quod erat imperatum, &

ſummo Eccleſiæ Capiti, cui nos ipſum inſtitutum arctiori obſtringebat voti vinculo, debitum præſtitit obſequium. Hinc à Dominis Venetis iuſſa fuit excedere; quibus ſi contra Pontificis iuſſum, obtemperare voluiſſet, eorumque cauſam, ac vt exiſtimabant, honorem, diuinis officijs celebrandis tutari, næ illi non ſolum eam, in ſua ditione, vti alios Religioſorum ordines, libentiſſimè retinuiſſent, ſed nouis etiam inſuper honoribus auxiſſent & ornaſſent. Itaque nec è Veneta ditione nos aliud, quàm Relig. inſtituti ratio, & fidelitas ſummo Pontifici debita fecit extorres: nec tamen dubitamus, quin ipſa etiam aliquando Sereniſſima Reſpublica Veneta, ſi depoſita priſtina animi commotione, & publicum Reipub. commodum, & Societatis noſtræ innocentiam diligentius expenderit, Galliæ exemplum ſecuta, noſtros poſtliminio ad ſuam ditionem ſit reuocatura, ſuisque Collegijs benignè reſtitutura. Sin minus, fiat voluntas DEI, qui eſt *Rex Regnum & Dominus Dominantium*; à quo omnes pariter, vti ſalutem æternam, ita iudicium iuſtum expectamus.

Ex Belgio contra Societatem quid proferre Aduerſarij poſſint, nobis non honorificum, neſcimus: niſi forte vaniſſima, & putidiſſima illa mendacia, quorum vel ipſos etiam Authores, licet occultos & nunquam apertè in theatrum progreſſos, extremè pudeat; publicis & authenticis teſtimonijs Magiſtratuum, ijs ipſis in locis, vbi ea nobis probra contracta ferebantur, euidenter conuicta: non alia prorſus ratione, quam vel ab ipſis etiam Dominis Boemis Religionem ſub vtraque profitentibus, aut ſaltem quibuſdam eorum Primoribus, vanus ille & *famoſus rumor, libellus que per vniuerſam Boemiam, contra Reuerendos*, vt aiunt, *Patres Societatis IESV ſparſus, quaſi in eorum Collegio Pragæ maximus apparatus bellicus, cum*

non contemnenda manu Militum, in Patriæ detrimentum occulte fuiſſet congeſtus & congregatus, publico, & authentico inſtrumento, non minus efficaciter, quam ſincerè & candide de mendacio conuictus fuit.

Eant igitur modò, & pergant Aduerſarij, nobis iſthæc obijcere. Tam molles & effœminati per DEI gratiam necdum ſunt Ieſuitæ, vt exilia, contumelias, carceres, ...tes pro Catholica Chriſti fide, & obedientia ſuo ...ntifici debita, ſi neceſſitas ferat, tolerare recuſemus, nec tā vecordes, vt hęc tolerata pro probro ducamus: nec ingrati, quin DEVM pro his omnibus donis ac bonis ſuis honorificemus & laudemus in ſecula, quia *fecit nobiſcum miſericordiam ſuam, & dignos nos fecit* adoptione *in parte ſortis Sanctorum*, quæ eſt bonum agere, & malum pati.

Vide Apol. Io. Argent. pro Societ. c. 14.

Ad Coloſſ. 1. c. v. 12.

CAPVT VIII.

Reſpondetur ad nonum & decimum Accuſationis caput, quòd Ieſuitæ literis Maieſtatis ſuum pondus ac momentum, facto, interpretatione, ac iudicio ademere tentauerint, &c.

AD hæc tria nimirum puncta reuocantur ea, quæ à Dominis Boemiæ ſtatibus ſub vtraque, circa Maieſtatus literas obiecta nobis fuiſſe, ſuperius capite. 1 notauimus, Primum enim reprehendunt nos, *quòd non obſtantibus Maieſtatis literis à glorioſa memoria Ceſare Rudolpho conceſſis; nec non inita, & à Sacra Cæſarea Maieſtate confirmata ſuper eadem re conuentione, partem ſub vtraque in Concionibus & ſcriptis audacter ſcommatis proſciderimus.*

Verum nec iſthic particulatim exprimunt, quando, à

quibus, & quædam eiuſmodi ſcommata in eos iactata fuerint. Nec in mentem nobis venire poteſt aliud, quam ipſos hic rurſum renouare ſuum voluiſſe dolorem, quem ex Hæreticorum appellatione eos percepiſſe, nulla tamen à nobis iniuria irrogata, capite quinto demonſtrauimus; vt proinde nec hic ipſis ſe diutius immorari: quando per ſe liquidum eſt, nullis Maieſtatis literis cautum fuiſſe, nec caueri adeo potuiſſe, quin Hæretici appellentur ij, qui poſt fidei Sacramentum ſuſceptum Catholicæ Eccleſiæ fidem pertinaciter reſpuunt.

Quoad ſiniſtram literarum Maieſtatis interpretationem, maiori ſcilicet vt premere nos ſibi videntur, aiunt enim, *eas à nobis partialiter & ſiniſtre fuiſſe explicatas, quaſi ad ſubditos S. Cæſ. Maieſtatis Cameræ, & Monaſteriorum, ſiue Eccleſiaſticorum, itemque ſtatuum ſub vna minime extenderentur.*

Verum etſi nobis conſcij minimè ſumus, noſtrum aliquem interpretandis ex profeſſo Maieſtatis literis ſuum quandoque iudicium interponere voluiſſe, cum id neque rebus noſtris diſponendis, aut regendis ſubditis (quos in Boemia pauciſſimos habuimus) neceſſarium eſſet: neque animo ſatis conſtat, an exemplar vllum earum literarum in aliquod Collegiorum noſtrorum illatum vnquam fuerit: attamen, vt aliquid hac in re ab aliquo noſtrorum factum demus, ac in eam plane ſententiam, quam Domini ſtatus ſub vtraque expreſſerunt, interpretationem adhibitam, vltro concedamus: iam ideo tota Societas in Boemia peccatum publica proſcriptione dignum incurriſſet?

Primum quidem certè, etiamſi reipſa falſa & ſiniſtra ea fuiſſet interpretatio, paucorum priuatorum is error erat, non communi innocentium ſupplicio expiandus; ſed com-

communi iuris ordine, & cognita cauſa coram legitimo Magiſtratu, examinandus atque iudicandus; ad quem pertinet, publica authoritate dubium legis ſenſum interpretari; cui proinde ipſi etiam Domini ſtatus ſub vtraque (cum in ea controuerſia pars tantùm eſſent, non Iudex), ſuam quoque interpretationem, ac ea de re iudicium, nóminus, quam Ieſuitæ ſubijcere debebant.

Sed etſi coram legitimo etiam Iudice, cauſa cognita, prehenſum ac iudicatum fuiſſet, interpretationem illam, edito decreto conſonam non fuiſſe, non facilè tam acerbus erit quiſquā Iudex, vt priuatam Interpretationē dubij iuris, viris doctis nullo iure alioqui prohibitam, mox ipſius etiam Interpretis exilio, aut vlla Poena grauiore vindicandam ſtatuat. Sententiæ enim facile veteriſq; iuris peritorum, ac Doctorum virorum interpretationes, variorū è iure capitum, ab ipſo iure ac intentione legum reipſa aberrantes, dictis & ſcriptis, libriſque editis, priuatim ac publicè circumferuntur, ac quotidie proclamantur; quas tamen nemo hactenus acerbiori eiuſmodi poena caſtigandas cenſuit. Alioqui væ Iuris conſultis, væ etiam Theologis, ſi interpretationes Canonum ac Legum ſiniſtræ omnes in tantum Interpretum damnum redundare iubeantur.

Denique vero quod potiſſimum eſt, non probant Domini ſtatus ſub vtraque, nec probarunt hactenus, eam interpretationem aut à verbis legis, aut à mente legis latoris eſſe alienam. Primum quia ſententia Dominorum ſtatuum ſub vtraque in Maieſtatis literis, ipſis Boemiæ ſtatibus conceſſis, nuſquam exprimitur, cum tamen ex Iuris decreto, & communi ac certa Doctorum ſententia, priuilegia in preiudiciū tertij vergētia, ſtrictè interpretanda, nec argumētatione, ſeu p cōſequentiā ſint extēdenda.

Iuxta regulam iuris 15. & 28 in 6. & c. cum dilectus de conſuetudinib.

Deinde ratio ipſa dictat. Regem ac ſtatus Catholicos, niſi id aperte exprimerent, tam manifeſtum ſibi præiudicium creare nequaquam voluiſſe, vt ſub vtraque communicantibus liberum eſſet, fundos ipſorum etiam Catholicorum Dominorum, ſeu Eccleſiaſticorum, ſiue ſecularium, promiſcuè ſibi depoſcere & occupare, ac in iis Eccleſias vtraquiſticæ Religionis ſuo arbitratu ædificare, ac interim Dominis Catholicis nullum ex ea re emolumentū ſeu compenſationem reciprocam æqualem percipere, integrum eſſet.

Poſtremo ipſi Domini ſtatus ſub vtraque in ſua Apologia expreſſe fatentur, ab ipſamet Cæſarea Maieſtate literas illas Maieſtatis non ita fuiſſe explicatas, quemadmodum ipſi exoptauerant. Inter alia enim aiunt, Sacrã Cæſaream Maieſtatem, perſcriptis literis, hoc etiam grauiter ſtatibus ſub vtraque exprobraſſe: *plura ab ipſis, quàm literæ Maieſtatis, & compoſitio inter partes ſub vna, & ſub vtraque inita, concederent, attentari*, ac in ſpecie etiam reſcripſiſſe, *ea, quæ circa duo Templa*, (ab Vtraquiſtis in Catholicorum fundo erecta) *& circa puniſſionem proteruorum ſubditorum Monaſterii Braunouienſis contigerunt, legitime Sacræ Cæſareæ Maieſtatis mandato facta fuiſſe.*

Vt quid ergo Domini ſtatus, ipſi quidem non Iudices, ſed pars tantum in hac cauſa, priuatam Ieſuitarum interpretationem carpunt, & exilio dignam iudicant, quam ipſimet voluntati ac Iudicio ſupremi Legiſlatoris conformam, licet inuiti, profitentur?

Taceo, quòd Maieſtatis literæ non niſi per vim a Cæſ. Rudolp. Auguſtæ memoriæ Principe, fuerunt extortæ, vt capite tertio dictum, nec ab omnibus iis ſubſcripta, quorum intererat, vt ipſimet in ſua Apologia queritantur.

Neq

Nec alia erat ratio conuentionis, quam Aduerſarij inter ſtatus ſub vna, & ſub vtraque initam iactitant. Videbatur illa quidam publicam ſpectare pacem ac tranquillitatem, ſed re ipſa nõ collineabat alio, quam vt ſub vtraque communicãtibus liberum eſſet Catholicos Sacerdotes à ſuis collaturis, ſeu beneficijs amouere, Catholicis vero ex aduerſo idem fas non eſſet. quod quam æquabili et iure, erga eos præſertim, qui in Boëmiæ Regno ius antea nullum habebant (Pickarditas dico & Caluiniſtas) quis non videt?

Venio nunc ad tertiam Accuſationis huius partem. Aiunt enim, nos noſtro etiam iudicio Maieſtatis literis plurimum detraxiſſe, *ipſamq́; dignitatem & authoritatem Regiam in Boemiæ Regno extenuaſſe, palam affirmando, Regiam Maieſtatem nobis,* inquiunt, *ſtatibus fidelibus ſubditis ſuis, eas Maieſtatis literas in cauſa Religionis, ſine facultate Epiſcopi Romani concedere non potuiſſe: cum tamen ille nec in nos ſtatus, multo minus in Regem & Dominum noſtrum ius ullum & dominium habeat.*

Sed parcant nobis quæſo Domini ſtatus ſub vtraque, & patienter noſtram hac de re ſententiam audiant. Non diſputamus, quid Auguſtiſſimus Imperator Rudolphus, celeberrimæ memoriæ Princeps, eo neceſſitatis articulo, dum à Dñis ſtatibus ſub vtraque violenta manu vndique obſeſſus teneretur, ad extorquendas Maieſtatis literas, ob maius malum euitandum, indulgere ac permittere potuerit, nec putamus, quenquam e noſtris hac de re, cum his præ ſe circumſtantijs, rem ſibi diſcutiendam ſumpſiſſe. At ſi de re ipſa per ſe, & ſeclusis eiuſmodi circũſtãtijs loquamur, id genus cauſas, religionem concernentes, in primis ad ipſum Romanum Pontificem, veluti ſupremum in terris Eccleſiæ, & cauſarum Religionis mode

ratore

Principem. *Ad eos* (Epiſcopos) *diuinarum rerum interpretatio, ad nos religionis ſpectat obſequium*. Sed & Iuſtinianus in Authentica conſtit. 123. *Si Eccleſiaſticum negotium ſit, nullam communionem habente ciuiles Magiſtratus cum ea diſceptatione, ſed religioſiſſimi Epiſcopi ſecundum ſacros canones finem imponunto*. Similia habet Baſilius Imperator in orat. quam habuit in octaua ſynodo. Egregie verò S. Ambroſius: *Quid honorificentius inquit, quàm vt Imperator Eccleſiæ Filius eſſe dicatur: quod cum dicitur, ſine peccato dicitur. Imperator enim bonus intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt: bonus enim Imperator quærit auxilium Eccleſiæ, non refutat*. Amb. ep. 32.

Et rurſum idem Ambroſius ad Imperatorem ipſum: *Noli te grauare*, inquit, *Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina ſunt, imperiale ius habere. Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto DEO ſubditus. Scriptum eſt, quæ DEI DEO, quæ Cæſaris Cæſari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Eccleſiæ. Publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum*. Amb. ep. 33.

Denique planiſſimè Ioannes Papa 8. *Si Imperator*, inquit, *Catholicus eſt (quod ſalua pace ipſius dixerim) Filius eſt, non Præſul Eccleſiæ: quod ad religionem competit, diſcere ei conuenit, non docere. Habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus conſecutus eſt, ut eius beneficijs non ingratus, contra diſpoſitionem cœleſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes enim DEVS voluit, quæ Eccleſiæ diſponenda ſunt, pertinere, nō ad ſæculi poteſtates: quas, ſi fideles ſunt, Eccleſiæ ſuæ Sacerdotibus voluit eſſe ſubiectas. Non ſibi vindicet alienum ius & miniſterium, quod alteri deputatum eſt, nec contra eum tendat abrumpi, a quo omnia conſtituta ſunt*. Abſit ergo a Chriſtiano & Catholico Principe tam grauis ac periculoſi erroris aſſenſus, vt ſibi Diſt. 96. can. 11.

per-

perſuadeat, Romanum Pontificem in ſe, quoad cauſas Re-
ligionis ius nullũ habere: imo ſi verè ouis Chriſti eſt, igno-
rare totius ouilis Dominici ſupremum paſtorẽ nõ poteſt;
nec eius in cauſis animæ ſalutem concernentibus iuſtum
imperium detrectare.

At enim, (inquiunt Domini ſtatus ſub vtraq.) Roma-
num Pontificem *in ſe quidem certe ius ac poteſtatem nul-
lum habere;* quando ſcilicet eam pro communi ſuæ Re-
ligionis inſtituto minimè agnoſcant. Sed & hic manifeſtè
errant, omnes enim nõ tantum fideles ac Orthodoxi, ſed
etiam Hæretici atque apoſtatæ quicunq; qui ſuſcepto Ba-
ptiſmi Sacramẽto, fidem Chriſtianam ſemel profeſſi sũt,
nolint velint, Iuriſdictioni Eccleſię, ipſiuſq; adeo Romani
Pontificis, quem caput Eccleſiæ ab ipſo Chriſto conſtitu-
tum fuiſſe ſupra c. 4. demonſtrauimus, ſine controuerſia
1.Tim.1.v.20 ſubijciuntur. Vt quid enim aliàs Apoſtolus *Hymenæum
& Alexandrum (qui conſcientiam bonam repellentes circa
fidem naufragauerant* (lata excommunicationis ſentẽtia)
*tradidit Sathanæ, vt diſcant non blaſphemare: Si in eos po-
teſtatem nullam Eccleſia habebat?* cur idem S. Apoſtolus
Gal.1.v.9. *anathema eſſe* iubet eum, *ſi quis euangelizauerit, præter id,
quod acceperat?* Cur idem adeo diſertè optat, *vt abſcindã-
Gal.1.v.12. tur,* (lata videlicet excommunicationis ſententia) *qui fal-
ſa doctrina fratres cõturbant.* Sed & omnium Gentium
moribus repugnat, vt fugitiuus ſeruus a Domino, quod
temerè reſpuit, eo ipſo ſtatim ſit liber, vt transfuga ad ho-
ſtem miles deſerti Ducis authoritate ac poteſtate non te-
neatur; vt perfidus iuramenti violator ipſius iuramento
vinculo non adſtringatur.

Ita ergò nec Hæretici erant in fide errantes, eſto hoc ſibi
ipſius temerè iudicium fingant, ab Eccleſię Catholicæ iu-
riſdictione immunes ſunt, quinimo propter hanc ipſam

iudicij

iudicij temeritatem ac peruerſæ voluntatis proteruiam, meritò ab Eccleſia, tũ communi iure, tum repetita quotannis publica ſententia, excommunicationis vinculo innodantur. Nolint velint ergò, ipſi etiam Domini ſtatus, quantumuis a Catholica Religione alieni, Romani Pôtificis ſpirituali poteſtati Iuriſdictioni ſubijciuntur, nec eam ipſi reſpuere, aut ſubterfugere iure unquam poſſunt. Cap. ad abolendam, de hæreticis, & in bulla Cœnæ Domini.

Atque hæc habuimus breuiter, quæ tum generatim ad patentes literas, ſeu decretum Proſcriptionis Dominorum Boemiæ ſtatuum ſub utraque ſigillatim ad ea quæ nobis obiecerunt accuſationum capita, pro veritate & innocentia noſtra, publici boni cauſa tuenda, reſpondenda neceſſario duximus. *Non enim ſunt audiendi,* inquit S. Auguſtinus *ſiue viri ſancti, ſiue fœminæ, qui quando reprehenduntur in aliqua negligẽtia, per quam fit, vt in malam veniant ſuſpicionem, unde vitam ſuam longè abeſſe ſciunt, dicunt coram Deo, ſufficere ſibi conſcientiam, æſtimationem hominum non ſolum imprudenter, verum etiam crudeliter contemnentes, cum occidant animas aliorum, ſiue blaſphemantium Deum, quibus ſecundum ſuam ſuſpicionẽ, quaſi turpis, quæ caſta eſt, diſplicet vita ſanctorum, vel etiam cum accuſatione imitantium, non quod vident, ſed quod putant. Proinde quiſquis à criminibus flagitiorum, atq; facinorum vitam cuſtodit, ſibi benefacit, quiſquis autem etiã famam, is & in alios eſt miſericors. Nobis enim neceſſaria eſt vita noſtra, alijs fama noſtra.* Aug. de bono viduit.

Quod ſi qd durius dictũ exiſtimabunt Aduerſarij, cogitent, quid in nos priores illi & dixerint, & fecerint, quæ vt iure dicta factaq; non eſſe monſtraremus, veritatem tacere non potuimus; depulimus enim ſolum calumniam, non intulimus. DEO interim toto mentis affectu ſupplicamus, vt Aduerſarijs noſtris cum bona mente & vbere

gra-

BONONIÆ, M.DC.XIX.

Typis Sebaſtiani Bonomiij.

Mc